CONSTITVTIONES
ET DECRETA SYNODI
DIOECESANÆ MAZARIENSIS,

Quam, admodum Illustris, & Reuerendißimus Dominus Don Bernardus Gasco Dei, & Apostolicæ sedis gratia sanctæ Ecclesiæ Mazariensis Episcopus, Regius Consiliarius celebrauit

Anno 1584. in festo Natiuitatis Sanctissimæ Virginis Mariæ, octauo Septembris.





P A N O R M I

Apud Ioannem Franciscum Carraram. M. D. LXXXV.

BERNARDVS GASCO,

Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Mazariensis, Synodo nostrę Diœcesanę, & omnibus fidelibus in Christo dilectis nostræ Diœcesis Salutem.



CVM Diuinæ bonitatis maiestas, humilitatem nostram (meritis licet imparibus) ad Episcopatus apicem extulerit: quo munere Christi fidelium speculatores facti, eis vndequaque super intendere, solerti pastoris vigilantia teneremur, commissi talenti negotio pro viribus vacantes.

Cùm verò inter alia, quæ ad officium, & munus nostrum attinent, non minimum sit, secundum sacras Constitutiones, Synodum nostræ Diœcesis congregare: vbi de morum correctione, & de ijs, quæ ad Dei cultum, & ad animarum salutem pertinent, præcipuè tractari debet: quod summopere desiderauimus. Sed bis Regiæ Maiestatis obsequijs impediti: hoc nostrum desiderium adimplere nequiuimus, etiamsi plura necessaria huiusmodi Synodo iam diù notauerimus. Nec tamen (vt credimus) damnum aliquod dilatio hæc attulit. Cùm ex tribus, totius nostræ Diœcesis, visitationibus, per nos factis multò maiora, & vtiliora (experientia magistra) percipere potuimus. Tempore nanque indigemus, vt aliquid maturius agamus: & secundum Senecam: Deliberandum est diù, quod statuendum est semel. Ideo fratres in Christo dilecti, adhoc, vos omnes per nostra edicta vocauimus: vt vnà nobiscum, quæ ad Dei gloriam, animarumq;

C.ponderet. 50.dist.

salutem

ſalutem pertinent , prouideantur . Elaborauimus enim plura , breui compendio perſtringere , quæ à ſanctis patribus in concilijs generalibus , & à ſacris canonibus , & à noſtris prædeceſſoribus tradita ſunt , per ſuos titulos , & concluſiones , ea breuitate , quam materia patitur , diſtinctos : vt facillimè quilibet poßit inuenire , quæ frequentius in adminiſtratione ſacramentorum contingere poterunt : & quæ cauere , & facere vnicuique expediat . Quæ omnia per omnes noſtræ Diœceſis cuſtodiri inuiolabiliter hortamur . Sed cum humana fragilitas tanta ſit , vt nos quaſi ex nobis (teſte beato Paulo) nihil boni excogitare valeamus . Sed omnis noſtra ſufficientia à Deo ſit : Ideo oportet omnes ſimul ad Deum mentis oculos deuotè ex vero corde extollere : vnde veniet auxilium nobis , humi proſtrati dicendo : Actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni ,

&

& adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Veni creator Spiritus, mentes tuorum visita, &c.



CON-

CONSTITVTIONES DIOECESANAE SYNODI MAZARIENSIS,

PRIMA PARS

In nomine Sanctissimæ Trinitatis & indiuiduæ vnitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.



OS BERNARDVS Gaſco, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Mazarienſis Catholicæ Maieſtatis Regius Conſiliarius cum conſilio, & conſenſu (matura deliberatione) Reuerendorum in Chriſto dilectorum Vicarij generalis dignitatum Capituli Prioris, Archipresbyterorum & omnium Curatorum noſtra in plena Diœceſana Synodo congregatorum, pro regimine & ſalute animarum has, quæ ſequuntur Conſtitutiones decernimus, & ordinamus ad Dei gloriam.

De Fide catholica & Doctrina Chriſtiana, & de Fidei profeſſione.

Cap. I.



VM fides catholica, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo) teſte beato Paulo Apoſtolo) ſit fundamentum noſtræ Chriſtianæ Religionis. Ideo oportet ante omnia (Sanctorum patrum exempla ſecutos) fidei confeſſionem præmittere, quæ in

Cōc. Tri. ſeſſ. 3. & ſeſſ. 25. de refor. cap. 3.

in Symbolo fidei continentur: quo ſancta Romana eccleſia vtitur contra omnes infideles, dicendo.

Cap. II.

Symbolũ Fidei. CRedo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria, iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis Et in ſpiritum ſanctum dominum, & viuificantem: qui ex Patre, filioque procedit: Qui cum Patre, & filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

De profeſſione Fidei.

Cap. III.

OMnes itaque Iurati pariter profitemur hanc ſanctam fidem, & omne id, quod ſancta Catholica Eccleſia Romana docet, & tenet: corde, & ore fatentes omnes diffinitiones ſacri œcumenici Concilij Tridentini. Promittentes, & ſpondentes veram obedientiam ſummo Pontifici Romano ſpontè, Palamque:

Anathe-

ematizantes omnes hæreſes inſurgentes contra hanc ... am fidem.

Cap. IIII.

EAdemque obedientia omnia in hac noſtra Synodo contenta committimus correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Cap. V.

AVthoritate ſacri Concilij Tridentini ſequentes ordinamus, vt omnes, qui ad hanc Synodum Mazarienſem conuenire debent, confeſſionem fidei ante omnia faciant; ſecundùm formam à Sanctiſſimo domino noſtro Pio Quarto Pontifice Maximo, traditam. *Côc. Tri. ſeſſio. 25. cap. 2.* *Bulla Pij Quarti.*

Cap. V.

PRæterea omnes Dignitates, & Canonici noſtræ Eccleſiæ Mazarienſis, & omnes beneficia curata habentes, & impoſterùm habituri, antè poſſeſſionem tradendam, dictam profeſſionem Fidei faciant.

De Fide Catholica.

Cap. VI.

CVm Deus optimus maximus (teſte beato Paulo) ſit ex quo omnia, per quem, in quo omnia : ipſeq; ſit finis, beatitudo, vita, via, & ſalus æterna hominum, vt(per beatum Ioannem) dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Cùmque hic finis, qui ad beatitudinem hominis propoſitus eſt, humanas excedat vires, lucem enim habitat, inacceſſibilem. Neceſſe fuit, vt Deus, qui omnium eſt Pater miſericors, & miſerator dominus, diuinas nobis communicaret virtutes, per quas eum agnoſcere, ſperare, ac(diuina auxiliante gratia) diligendo conſequi poſſemus. Tria igitur (Secundùm diuum Thomam) ſunt homini neceſſaria ad ſalutem : Scilicet, ſcientia credendorum, *S.Th. contra Græcos opu. 3.4.*

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Articuli Diuinitatis ſunt.

Cap. X.

1 Credere in vnum Deum omnipotentem, vnum in ſubſtantia, & trinum in perſonis.

2 Credere quòd ſit Pater.

3 Credere quòd ſit Filius.

4 Credere quòd ſit Spiritus Sanctus, tres perſonæ, & vnus ſolus Deus.

5 Credere quòd ſit Creator omnium.

6 Credere quòd ſit Saluator.

7 Credere quòd ſit glorificator.

Articuli humanitatis.

1 Credere in Ieſum Chriſtum Deum, & hominem, qui in quantum homo fuit conceptus de Spiritu Sancto.

2 Credere quòd fuit natus de Maria virgine, ante partum, in partu, & poſt partum.

3 Credere quòd paſſus fuit ſub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus, & ſepultus.

4 Credere quòd deſcendit ad inferos, & liberauit ſanctos patres.

5 Credere, quòd reſurrexit à mortuis, tertia die.

6 Credere quòd aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram Patris.

7 Credere quòd venturus ſit ad iudicandum viuos, & mortuos: bonos ad vitam æternam, malos ad pœnam æternam.

Cap. XI.

Sacramẽta eccleſia.

DOceat etiam Parochus fideles Chriſtum Redemptorem noſtrum ſeptem inſtituiſſe ſacramenta, per quæ nobis virtutem, & merita ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis, per ſigna exteriora communicaret. Quæ quidem ſacramenta ſunt ſeptem. Scilicet.

1 Baptiſmus.
2 Confirmatio.
3 Euchariſtia.
4 Pœnitentia.
5 Extrema vnctio.
6 Ordo.
7 Matrimonium.

Ex quibus duo ſunt voluntatis, ſcilicet, ordo, & matrimonium. Reliqua verò neceſſitatis, tempore ſuo, ſecundum determinationem Eccleſiæ Catholicæ, de quibus ſigillatim infra dicetur.

De Spe.

Cap. XII.

S. Tho. in cõp. theo. 2. p. c. 1.

SPes verò nihil aliud eſt, quàm quædam fiducia futuræ Dei gloriæ, quam promiſit diligentibus ſe, ex ſua gratia, & liberalitate, quam ſuo auxilio conſequi deſiderat, edoctus Chriſtianus à Fide præcedentibus meritis, quæ tamen nouit de per ſe non ſufficere, ſine Dei gratia, hac etiam virtute diuina homo ſe videns onuſtum & opertum peccatis, vtitur tanquam galea ad ſe ſubſtentandũ, ne in deſperatione in Baratrum incidat. Dum igitur in omni neceſſitate ad Deum recurrimus, & aliquid à Deo petimus, ſperamus ab eo conſequi ſua freti miſericordia, & benignitate: qui vt nos in ſpem viuam induceret, nobis formam petendi tradidit per quam maximè ſpes noſtra in Deum

erigitur.

erigitur. Dum ipse etiam quid ab eo petendum sit docuit, dicens. Dum oratis dicite. *Matthæi cap. 6.*

Oratio Dominica.

Cap. XIII.

PAter noster, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Adueniat Regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo. Amen. *Oratio Pater noster.*

Cap. XIIII.

QVia verò homo dum est in hoc mundo, pugnans contra inimicos, ob fragilitatem humanam peccatis, & miserijs inuolutus indignum se iudicans, vt à Deo exaudiatur, interponit medios, & intercessores sanctos gloriosos, qui iam victis inimicis triumphatores exierunt, & verè amici facti sunt Dei. Ideo etiam ad eos preces fundimus, & aduocatos inuocamus, in primis verò beatissimam virginem Mariam dicendo.

Oratio Angelica.

Cap. XV.

AVe Maria, gratia plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

Salue Regina.

Cap. XVI.

SAlue Regina, mater misericordiæ. Vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te su

ſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium, oſtende. O clemens, ò pia, ò dulcis virgo Maria.

Oratio ante principium noctis ad primum ſignum.

Cap. XVII.

ANgelus Domini nuntiauit Mariæ, & concepit de Spiritu ſancto.

Aue Maria.

Ad ſecundum ſignum.

ECce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuū.

Aue Maria.

Ad tertium ſignum.

ET verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Aue Maria.

De Proceſſionibus.

Cap. I.

Proceſſiones.



INSTITVIT alma mater Eccleſia ſolennes Proceſſiones, & Rogationes fieri publicè, ad impetrandam Dei miſericordiam, & alia ad vitam humanam neceſſaria: & alias etiam pro temporis neceſſitate, quas fieri, cum magna deuotione, iubemus.

Conue-

Cap. II.

CONueniant omnes fideles tàm clerici seculares, quàm Religiosi etiã cuiuscunque ordinis cum Cruce, & aliis con suetis ad dictas processiones, qui, seruato ordine debito, & loco, omnes incedant cum deuotione, & sine scandalo. Qui verò adeò sit inordinatus, & proteruus, vt locum sibi competentem non seruauerit, per Vicarium nostrum carceretur. Cõc. Tri. sessio. 25. cap. 13. de refor.

Cap. III.

REligiosi vnius ordinis simul cum sua Cruce incedant ordinatè, in duobus choris diuisi; qui in dictis processionibus, etiam se ad hoc teneri sciant. Cõc. Tri. sessio. 25. cap. 13.

Cap. IIII.

CAueant Religiosi, ne quid irreligiosè committant in Dei offensam, & populi scandalum, circa præcedentiam cum aliis, maximè cùm hodie habeamus bullam Apostolicam Greg. XIII. sum. Pontificis omnes has differentias dirimentem. Nam (quod absit) si quid per aliquem temerè fuerit commissum, superiorem monemus, vt illum debitè puniat, aliter per nos fiet, &, si necesse fuerit, à processione excludatur. Bulla Gregorij xiij. Cõc. Tri. sessio. 25. de refor. cap. 14.

Cap. V.

COnfraternitates, omnes concurrant ordine seruato, & consueto. Si verò aliqua sine iusta causa omiserint, duabus vnciis condemnentur; & crescente contumacia, crescet pœna.

Cap. VI.

COnueniant etiam seculares, præcipuè Officiales Capitanei, & iurati; reliquusque populus; & monemus etiam fœminas (reiecta mala consuetudine) vt separatim ab hominibus honestè Crucem Christi in processionibus sequantur: cum sua etiam intersit Dei auxilium impetrare, & pro necessitatibus populi deprecari.

Cap. VII.

CAntent præterea omnes clerici Litaniam ſanctorum, vt eorum interceſſione, & fauore mereamur à Deo impetrare, quod poſcimus: duobus ſacerdotibus cum Cappis incipientibus; & reliquis eandem precationem repetentibus.

Cap. VIII.

MOribus introductum eſt, vt in noſtra Eccleſia Cathedrali, munus hoc gubernandi Proceſſiones Chiantro, ſeù Cantori incumbat, quod ei commendamus, vt diligenter curet, vt omnes ordinatim procedant ſeruato vnicuiq; loco ſuo. Si quis inobediens fuerit grauiter puniatur per Vicarium noſtrum.

De Charitate.

Cap. I.



S.Th.2.2 q.23.ar. 1.idē contra Gentes q. 4. vbi plura. HARITAS eſt amicitia cum Deo, & hominibus propter Deum, ſiue eſt dilectio, qua Deum propter ſe ipſum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus diligimus; & proximum, propter Deum, ſicut nos ipſos, & ſecundùm Apoſt. Legis plenitudo eſt dilectio.

Rom. 13. Matt. 12. Inter alia verò, quæ operatur charitas, eſt, quòd facit obſeruare Dei mandata, vt dicit Chriſt. Io. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Hæc nanque perducit ad beatitudinem, & reliqua ſine charitate non ſufficiunt, vt dicit beatus Paulus Apoſtolus: Si habuero tantam fidē, &c.

Qui autem rectè Deum amat curat diligenter Dei voluntatem facere, quæ in mandatis eius continetur. Hoc enim magna fuit Dei miſericordia oſtendere hominibus, quid ſibi gratum ſit, & quid diſpliceat ei: nam probatio dilectionis, ſeu charitatis exhibitio, eſt operis ſecundùm Diuum Gregorium hom. 3. in Euang.

Præcepta

Cap. II.

PRæcepta diuina ſunt decem, quorum tria primæ tabulæ ordinant nos ad Deum, reliqua verò ordinant nos ad proximum. *Præcepta decalogi.*

1 Vnum cole Deum.
2 Non iures vana per ipſum.
3 Sabbatha ſanctifices.
4 Honora parentes.
5 Non occides.
6 Non Mechaberis.
7 Non furtum facies.
8 Non dicas falſum teſtimonium.
9 Non deſiderabis vxorem proximi tui.
10 Non concupiſces rem alienam.

Præcepta Eccleſiæ ſunt quinque.

Cap. III.

1 STatutos feſtos Eccleſiæ obſeruare, & in eis ſacrum officium miſſæ deuotè diebus feſtiuis audire. *Eccleſiæ præcepta.*
2 Ieiunia ab Eccleſia ordinata ſeruare.
3 Peccata propria ſacerdoti proprio ſingulis annis confiteri, & quoties mortis inſtat periculum.
4 Sacroſanctam Euchariſtiam ad minus ſemel in anno circa feſtum Paſchę reſurrectionis Domini ſumere.
5 Soluere decimas, & primitias.

Cap. IIII.

Opera miſericordiæ ſunt quatuordecim, quibus charitas proximi oſtenditur, ſeptem corporales, & ſeptem ſpirituales. *Opera miſericordiæ.*

Corporales ſunt.

1 Paſcere famelicum.
2 Potare ſitientem.

3 Vestire nudos.
4 Colligere peregrinos.
5 Visitare infirmos, & in carcere positos.
6 Redimere captiuos.
7 Sepelire mortuos.

Spirituales sunt.

1 Docere ignorantes.
2 Consulere dubitantibus.
3 Cons lari tristes, & afflictos.
4 Corrigere peccantes.
5 Remittere offensas.
6 Sufferre cum patientia aduersa, & iniurias.
7 Orare pro viuis, & defunctis.

Virtutes Theologicæ et Cardinales.

Virtutes, quas homo debet habere, & secundum eas operari, sunt septem, tres Theologicæ, scilicet.
1 Fides.
2 Spes.
3 Charitas.

Quatuor Cardinales.

1 Prudentia.
2 Fortitudo.
3 Iustitia.
4 Temperantia.

Dona Spiritus sancti sunt septem.

1 Sapientia.
2 Intellectus.
3 Consilium.
4 Fortitudo.
5 Scientia.
6 Pietas.
7 Timor Dei.

Fructus.

Fructus Spiritus sancti sunt duodecim.

1 Charitas.
2 Benignitas.
3 Gaudium.
4 Pax.
5 Fides.
6 Patientia.
7 Mansuetudo.
8 Modestia.
9 Longanimitas.
10 Continentia.
11 Bonitas.
11 Castitas.

Beatitudines sunt octo.

1 Paupertas.
2 Mansuetudo.
3 Lugere discretè.
4 Pati famem, & sitim propter iustitiam.
5 Habere misericordiam.
6 Habere munditiam cordis.
7 Pacem habere.
8 Pati persecutionem iniustè.

Sensus corporales hominis sunt quinque.

1 Visus.
2 Auditus.
3 Odoratus.
4 Gustus.
5 Tactus.

Sensus interiores hominis sunt sex.

1 Sensus communis.
2 Imaginatiua.
3 Phantasia.
4 Extimatiua.
5 Memoria.
6 Reminiscentia.

Potentiæ animæ sunt tres.

1 Intellectus.
2 Memoria.
3 Voluntas.

Peccata mortalia à Deo prohibita sunt, quæ ideo mortalia dicuntur, quia faciunt, vt homo Deum, & gratiam perdat, quæ est vita animæ, sicut anima corporis, & est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei.

Peccata Capitalia sunt septem.

1 Superbia.
2 Auaritia.
3 Luxuria.
4 Ira.
5 Gula.
6 Inuidia.
7 Accidia.

Contra hæc septem vitia, sunt septem virtutes, quibus homo potest resistere eis.

1 Humilitas, contra Superbiam.
2 Liberalitas, contra Auaritiam.
3 Castitas, contra Luxuriam.
4 Patientia, contra Iram.
5 Abstinentia, contra Gulam.
6 Charitas, contra Inuidiam.
7 Diligentia, contra Accidiam.

Peccatum mortale dimittitur per Baptismũ in adultis, vel per Pœnitentiæ sacramentum in Baptizatis, cuius sunt tres partes, cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio.

Peccatum veniale, est quædam dispositio ad peccatum mortale. Et dicitur veniale, quia facilè committitur, & faciliter dimittitur.

Peccatum

Peccatum veniale dimittitur.

1 Per benedictionem Episcopalem.
2 Per Auditionem Missæ deuotè.
3 Per Communionem dignè.
4 Per Confessionem generalem.
5 Per Auditionem verbi Dei.
6 Per Orationem, Pater noster.
7 Per Aquam benedictam.
8 Per panem benedictum.
9 Per pectoris percussionem, dicendo: Peccaui, miserere.

De Sacramentis Ecclesiæ.

Cap. I.

Sacramenta Ecclesiæ sunt septem.

1 Baptismus.
2 Confirmatio.
3 Eucharistia.
4 Pœnitentia.
5 Ordo.
6 Matrimonium.
7 Extrema vnctio.

CVM homo, ad Dei imaginem creatus fuerit in iustitia, & sanctitate, propter peccatum amisit perfectionem, & deformata fuit imago, & defuit esse iustus: & qui sanus creatus fuerat, in grauem infirmitatem spiritualem incidit: qui in latrones, hoc est, in dæmonum potestatem incidit: qui spoliatus, scilicet iustitia, & gratia, plagis impositis, hoc est, spiritualibus infirmitatibus, & miserijs: semiuiuum reliquerunt iuxta sancti Euangelijs sententiam, donec pijssimus Samaritanus Christus redemptor noster misericors, & miserator dominus è cœlis descendens, carnem Prothoparentis indutus, curam illius agens oleum infudit, & vinum, medicamina nanque pietatis, hoc est, sacrosancta sacramenta salutis instituit: quibus, iuxta Prophetæ verba, ab

De Sacramentis in genere.

Psal. 106

ab

ab interiectionibus nostris sanaremur. Reformatur itaque imago hominis, & de nouo spiritualis vita inchoatur, & conseruatur per sacramenta: nam per baptismum renascimur, & nouam vitam spiritualem aggredimur. Per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, ad pugnandum cum inimicis animæ. Renati verò, & corroborati cibo spirituali indigemus. Ideo nutrimur Diuina Eucharistia; quòd si per peccatum in infirmitatem animæ inciderimus, ordinauit nobis Sacramentum pœnitentię, quo spiritualiter sanamur. Per extremam vnctionem non solũ infirmitates animæ medentur, verùm etiam, prò vt animæ expedit, corporaliter sanamur. Per ordinem Ecclesiæ gubernatur, & multiplicatur spiritualiter, & ministri, seu medici fiunt, qui possent medicamina hæc cœlestia applicare. Per matrimonium etiam augetur corporaliter, & curatur infirmitas incontinentiæ.

Gratia cõfertur in Sacramẽtis. Hæc verò sancta Sacramenta, veluti per quosdam carnales Dei gratiam nobis inuisibiliter conferunt.

Cõc. Tri. sessio. 23. cap. 4. Tria autem reiterari nequeunt, quia per ea character in anima imprimitur: reliqua verò possunt iterari. Et pro maiori explicatione, & vtilitate omnium expedit sigillatim de vno quoque aliqua, vt infra immediatè apparet.

De Sancto Sacramento Baptismi.

Cap. I.

De Sacramento baptismi.



OMNES nascimur filij iræ: ideò nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in Regnum Cœlorum, vt dicit Christus redemptor noster, ideò oportet omnes baptizari, vt filij Dei fiant, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. *C. 2. de baptismi.*

Sit

Cap. II.

SIt igitur in vna quaque Ecclesia Parochiali fons lapideus & marmoreus nitidus, & clausus claue, quæ penes hebdomadarium sit: & sit aqua baptismalis in fonte ad sacrum baptismum peragendum, & vas ad sumendam aquam pro baptismo. Et piscina, in qua crementur tangentia chrisma, sit clausa.

Cap. III.

PVer (nisi periculum sit in mora) non baptizetur nisi in Ecclesia propria, & à proprio Curato, vel de eius licentia intra octo dies post Natiuitatem: qui verò vltra distulerint, vt negligentes arbitrariè puniantur.

Cap. IIII.

SI verò periculum sit, & vrgens necessitas, vt domi baptizetur, tunc à Parocho, si est præsens, vel eo absente, per alium sacerdotem, & non per laicum: & deficiente sacerdote per virum, & non per fœminam; & deficiente viro, per fœminam, seruata diligenter forma supra dicta.

C. cōstat bapt. & cap. in necess. de cons. dist. 4. S.Tho. 3. par. q. 67. ar. 3. & ad limina. Glo. cap. baptism. 1. q. 1. c. ad limina 30. q. 1. vbi est nota.

Cap. V.

PAter non baptizet filium, si alius sit præsens, vel fœmina, etiam instante periculo mortis.

Cap. VI.

PRohibemus præterea, ne Parochus, vel alius hoc sanctum Sacramentum in Ecclesia noctù administret, sub pœna suspensionis ab officio per mensem.

Cap. VII.

QVi verò ob vrgentem necessitatem domi fuerit baptizatus, si non moriatur intra quindecim dies, ducatur ad Ecclesiam, vt exorcizetur, & vngatur Oleis sanctis. Extra Ecclesiam non fiant cæremoniæ consuetæ, sed simpliciter fiat baptismus, seruata forma.

Adulti

Cap. VIII.

c. baptiz. de conſ. diſt. 4.

ADulti tamen antequam baptizentur, inſtruantur in fide, & Doctrina Chriſtiana, vt ſciant quid credere, & ſcire, & operari eis conueniat pro ſaluandis animabus. Si verò adeo hebes, & ruſticus ſit, vt de facile diſcere nequeat neceſſaria, nos, vel Vicarium noſtrum certiores faciant, niſi periculum mortis immineat, nam tunc baptizari poterunt, ſola voluntate petentium, exinde verò viuentes inſtruantur in fide, vt conuenit.

Cap. IX.

VTantur Archipresbyteri, & reliqui Curati baptiſmalibus Romanis in adminiſtratione ſancti baptiſmatis, & aliorum ſacramentorum.

Cap. X.

Cōc. Tri. ſeſſio. 24. cap. 2.

SIt præterea liber in Eccleſia Parochiali benè ordinatus, vbi diligenter deſcribantur, qui baptizantur, & eorum parentes, & vnus patrinus, & matrina vna cum die, menſe, & anno.

Cap. XI.

QVia apponuntur capuccelli ſuper baptizatis tempore baptiſmi de ſeta, vel tela: volumus, vt ad alios vſus prophanos non applicentur, ſed ad aliquod opus Eccleſiæ; vel ſi inutiles penitus fuerint, comburantur, & cineres in locum ſolitum mittantur, ſcilicet in ſacrarium.

Cap. XII.

C. Si quis voluerit. de cōſ. diſtin. 4.

PAnnus, ſeu capuccellus, qui vni baptizato ſeruierit, non eſt illicitum etiam alijs imponere baptizandis.

Cap. XIII.

OBſtetrices non permittantur baptizare, niſi prius examinentur per Vicarium, & Archipresbyterum, & in ſcriptis licentiam habeant gratis, & quòd ſciant formam baptizandi ſufficientem: quæ verò reperta fuerit ſine licentia baptizare, grauiter puniatur.

Si

Cap. XIIII.

SI (mortis periculo instante) puer pedem, vel manum ostenderit, aqua tangatur membrum cum forma prædicta, & baptizetur: Si verò postea nascatur sub conditione poterit baptizari: Si non es baptizatus, ego te baptizo: Si verò caput ostenderit in eo fiat baptismus, & licet nascatur postea non baptizetur amplius.

C. Hi de quibus de cõs. dist. 4 c. paruulos ibidẽ. S. Thom. Soto.

Cap. XV.

SI verò prægnans moriatur, & infans viuus sit in vtero, scindatur: & exiens viuus baptizetur.

Con. Si ad matris corp. de consecr. dist. 4.

Cap. XVI.

AQua naturali tantùm fiat baptismus, & cum vase super caput aquam effundat, nisi aliud necessitas exegerit, etiam forma verborum omnino seruata.

Cap. XVII.

AD baptismum verò perficiendum oleum sanctum, & chrisma custodiantur diligenter in vasibus argenteis, & vbi non sunt, omnino dent operam Ecclesiarum rectores, etiam per viam eleemosynarum, vt fiant quantò citius poterint.

Cap. XVIII

PRohibemus omnino nè baptizatis apponatur aliud nomen quàm sanctorum.

Cap. XIX.

CVrati verò curam habeant mittendi sacerdotem, vel ad minus in sacris ordinibus constitutum ad nostram Ecclesiam Cathedralem singulis annis in die Iouis sancti, pro suscipiendis oleis Sanctis chrismatis Catechumenorũ, & infirmorum, qui reuerenter illa deferat. Si verò in itinere pernoctare contigerit, reponat in sacrario Ecclesiæ.

C. Presbyteri qui Diœcesanos & consecr. dist. 4. cũ seq.

Cap. XX.

SI verò oleum sanctum intra annum deficere contigerit, oleum non consecratum consecrato paulatim misceatur, sitque nitidum, purissimum, & tantùm oliuarum.

C. Si quis de oleo Chrismatis & cõs. dist. 4.

Cap. XXI.

SI antequam olea ſacra aduenerint, aliquis baptizandus ſit, baptizetur aqua tantùm, & adueniente nouo vngatur baptizatus, nec veteri oleo conſecrato vngatur baptizatus, niſi inſtet mortis periculum.

Cap. XXII.

IN fine verò anni cum oleum ſacrum nouum habuerint vetera ſtuppulæ infundantur, & comburantur, & in ſacrarium mittantur.

Cap. XXIII.

Côc. Tri. ſeſſio. 24. cap. 2.

ORdinat ſacroſanctum Concilium Tridentinum, vt ad ſummum vir vnus, & fœmina vna ſint patrini in ſancto baptiſmo, & ſint ad minus annorum quatuordecim. Cognatio ſpiritualis contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & parentes eius, & intra baptizatum & patrem & matrem ipſius, & patrinum & matrinam tantũ: quos moneat Sacerdos teneri ad docendum doctrinam Chriſtianam baptizatum.

Cap. XXIIII.

C. Non liceat & c. Monachi & cõſ. diſt. 4. c. percutiet 18. q. 2.

MOnachus, vel quicunque religioſus non admittatur in compatrem in baptiſmo.

Cap. XXV.

C. In Sabbatho de cõſ. diſt. 4

LIceat Chriſtianis ex fonte baptiſmali aquam conſecratam in Sabbatho ſancto percipere, ad domos aſpergendas, dummodo quòd ſit, antequam Chriſma infundatur.

Cap. XXVI.

PVeri expoſiti, quos conſtiterit non eſſe baptizatos, baptizentur. Si verò dubium omnino ſit, ſub conditione baptizentur, facta prius diligenti inquiſitione, & indagine. Nec omittant Parochi, & Confeſſarij omnes exponentes infantes teneri ad reſtituendas expenſas loco illi pio, ſi habent vnde, eo meliori modo quo poterunt.

De

De Sancto Sacramento Confirmationis.

De Sacramēto confirmationis.

Cap. I.

PVERI tangentes annum septimum, cum iam vsum rationis habere incipiant, possunt confirmationis Sacramentum recipere. *C. Et ieiunÿ ḋ cōs. dist. 5.*

Cap. II.

INstruantur à Parocho recepturi hoc Sacramentum, de eius dignitate, & magno affectu, & virtute, quæ in eo traditur, si dignè recipiatur. Et qui sunt adulti, veniant confessi, vel ad minus contriti de eorum peccatis. *C. 1. cum sequēs de cōs. dist. 5*

Cap. III.

VNus tantùm patrinus, vel vna matrina ad tenendum confirmandum, admittatur. *Cōc. Tri. sessio. 24. cap. 2.*

Cap. IIII.

INter confirmatum, & suscipientem, & illius parentes, & confirmantem contrahitur cognatio spiritualis, sufficiens ad impediendum matrimonium, & dirimendum iam contractum, sicut in baptismo. *Cōc. Tri. sessio. 24. cap. 2.*

Cap. V.

IN libro Ecclesiæ ad hoc deputato, describantur nomina, & cognomina confirmantis, & confirmati, & parentum confirmati, cum die, mense, & anno.

Cap. VI.

CHrisma confirmati detergatur bombice, & cum linteolo comburatur, & mittantur cineres in sacrarium. *C. De homine de cons. distin. 5.*

Cap. VII.

MOneant etiam Parochi hoc sanctum Sacramentum non posse reiterari, ne inaduertenter sacrilegium, & iniuria tanto Sacramento fiat. *D. Greg. lib. 3. reg. epist. 4. et habetur ī c. percutiet. 18. q. 2. est su pra de baptismo.*

Cap. VIII.

MOnachi non admittantur ad tenedū aliquem in Confirmatione, ne mulieres in commatres recipiantur.

De Sanctißimo Sacramento Eucharistiæ.

Cap. I.

De Sanctißimo Eucharistiç Sacramento.

Cõc. Tri. sessio. 13. cap. 6.



TATVIMVS, & ordinamus, quòd in omnibus Ecclesijs parochialibus nostri Episcopatus, in loco eminenti, & decenti in altari maiori sit sacrarium honorificentissimum fixum & forte prout decet tantum Sacramentum, vbi cum claui custodiatur Eucharistia: quam clauem habeat Archipresbyter, vel Hebdomadarius sacerdos, & eam nulli tradat, nisi Sacerdotibus curatis, & semper ardeat lampas.

Cap. II.

RENouetur hoc sanctum Sacramentum omni quintadecima die: & Archipresbyter qui in hac negligens reperiatur, grauirer per Visitatorem puniatur.

Cap. III.

Cõc. Tri. sessio. 13. cap. 6.

SInt semper duæ Hostiæ consecratæ magnæ in sacrario, & plures in forma minori, pro communicandis infirmis, & alijs: ita quòd semper in Sacrario Ecclesiæ maneat sanctissimum Sacramentum in forma magna.

Cap. IIII.

Sessio. 13. cap. 6.

QVando contigerit sanctissimum Sacramentum deduci ad infirmos, in reliquiario deferãtur Hostię paruulę, quæ necessariæ sunt pro communicandis infirmis: & vna ostendatur stantibus, vt adoretur, & ea communicetur infirmus. Ita vt cum sanctissimo Sacramento semper redeat ad Ecclesiam Sacerdos.

Cap. V.

REliquiarium verò tegatur panno serico decenter, cum ad infirmos defertur, & sub baldaquino (vt decet) honorificè multis luminarijs antè, & retrò: & duæ lanternæ accensæ, ne lumen extinguatur. Et anteà campanella sonet, vt omnes intelligant, & genuflectantur in via, & comitentur.

comitentur. Ante verò quam ab Ecclesia exeat, sonet per spatium competens campana magna per triginta ictus ad minus, vt omnes conueniant ad Ecclesiam.

Cap. VI.

CVpientes insuper, vt abusus, qui nunc viget tollatur, & vt indeuotus penitus èradicetur, ordinamus, & in domino hortamur, vt etiam fœminæ deuotè concurrant ad comitandum hoc ineffabile Sacramentum, vbi verus Christus redemptor, noster adest: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & humiliauit semetipsum. Vt verò auidius omnes inuitentur concedimus vnicuique comitanti quadraginta dies indulgentiæ.

Cap. VII.

ORdinamus etiam vt ex tunc imposterum seruetur, vt in loco deceriti, vbi infirmus est communicandus, fiat altare benè ornatum cum candelis accensis; & aliquis Crucifixus vel imago sancti vbi Sacerdos reponat sanctissimum Sacramentum, dum examinat, & confiteri facit infirmum: & ostendat sanctissimum Sacramentum adorandum omnibus circumstantibus, & statim communicet infirmum.

Cap. VIII.

INcedat præterea Sacerdos cum cappa, seu rochetto serico ornatus, instar illius, quo in hac nostra Cathedrali Ecclesia vti iussimus, cum suprapelliceo, incedatque pedetentim, & cum grauitate recitando psalmum Miserere, vel alios, vt sibi placuerit.

Cap. IX.

ORdinamus etiam quòd semper comitentur sacerdotem sanctum Sacramentum deferentem duo Clerici, cum superpellicijs vestiti; & eum adiuuent in recitatione psalmorum, propter reuerentiam sancti Sacramenti, & vicissim in hoc deseruiant Clerici. Et qui omiserit hoc

facere,

facere, perdat id quòd ex Ecclesia sibi, illa die contigerit.

Cap. X.

COnfraternitates sanctissimi Sacramenti ex deuotione fuerunt institutæ: oportet igitur vt ipsi Confratres specialiter curam habeant cum antorcijs, seu cereis accensis comitari hoc sanctissimum Sacramentum. Et teneantur in principio cuiuscunque mensis, duodecim nominare Confratres, quorum sex ad minus hoc sanctum opus faciant,

Cap. XI.

MOneant semper Archipresbyteri,& Curati alij,& Prędicatores,Parochianos,& omnes Christi fideles ad comitandum hoc sanctissimum Sacramentum. Et quando ad Ecclesiam redierint, Sacerdos notificet omnibus indulgentias à summis Pontificibus concessas: & canendo omnes Clerici: Tantùm ergo Sacramentum;ostendendo illud adorandum omnibus, recludatur in sacrario.

Cap. XII.

CVrent prætereа Archipresbyteri, & alij Curati vt sanctissimum Sacramentum deferant ad infirmos manè, ante meridiem, & non post, nec noctù, nisi vrgentissima causa sit, & periculum in mora.

Cap. XIII.

SInt infirmi ieiuni, quando recepturi sunt sanctissimum Sacramenrum, nisi periculum mortis exegerit. Et si infirmus postea intra triginta dies voluerit iterum communicare, sit omnino ieiunus: cum per primam communicationem, cessit iam periculum.

Cap. XIIII.

VOlumus prcterea, vt in omnibus Ecclesijs nostri Episcopatus, Clerici etiam in minoribus ordinibus constituti, & etiam Sacerdotes communicent simul in die Ionis sancti ad maiorem Missam, dum tamen Sacerdos illa die non celebrauerit.

Monemus

Cap. XV.

MOnemus omnes diaconos, & subdiaconos, & reliquos inferiores, vt quolibet mense confessi, recipiant corpus domini: & sciant in hoc, magnam sibi acquirere vtilitatem, & nobis rem gratam facere.

Cap. XVI.

CVrent etiam Archipresbyteri, & Curati omnes, vt qui morituri sunt propter delicta à Iudice condemnati, confiteantur prius sua crimina, & de consilio sui confessoris illos communicent; & sub pœna excomunicationis maioris, mandamus iudicibus secularibus ne hoc impediant, ne exequantur sententiam illa die communionis, propter reuerentiam sanctissimi Sacramenti.

Cap. XVII.

SEruantes antiquam laudabilem, sanctamque consuetudinem, in quinta feria hebdomadæ sanctæ, in Ecclesijs nostræ Diœcesis fiat sepulchrum, vbi sanctissimum Sacramentum reponatur, in memoriam suæ sanctissimæ passionis, & mortis; & propter reuerentiam sancti Sacramenti nolumus, vt cortinæ lecti secularium in circuitu appendantur. *Sepulchrũ domini.*

Cap. XVIII.

CLaudantur portæ Ecclesiarum nocte Iouis sancti: & Curati negligentes in hoc, suspendantur per mensem à diuinis.

Cap. XIX.

ORdinamus etiam, vt in Ecclesijs, vbi fieri possit ex tela nigra, fiant paramenta ad ornandos muros Ecclesiæ, vbi sepulchrum est apponendum, in quibus designentur mysteria nostræ redemptionis. Hoc enim commodius fiet, & sine molestijs: turpe nanque est, vt tempore passionis Christi, in Ecclesijs paramenta appendantur, in quibus figuræ prophanæ depictæ sunt.

Solemnis

Cap. XX.

Festum Corporis domini.

SOlemnis, ac spiritualis iubilatione plena fiat fidelium processio in die corporis domini nostri Iesu Christi, per vias consuetas, quas summopere commendamus nitidas, ac ornatas esse: nam, si temporali Principi transeunti solent curiosissimè præparari, quantò magis Regi Regum, & domino dominantium transeunti; fieri debet: & per pœnas, si necesse sit, Iurati, & Capitanei compellant ad hoc negligentes.

Cap. XXI.

ORdinamus præterea, quòd in die corporis Christi, vna solemnis tantùm publica fiat processio, sub pœna excommunicationis. Et omnes conueniant ad dictam processionem; & extra octauam nulla fiat publica processio: & hijs diebus nulla Missa exeat, post eleuationem corporis, & sanguinis domini, nam impedimentum inferre solent processioni; & Sacerdos, qui contrarium fecerit, duos tarenos soluere compellatur: Et Sacrista nulli præbeat ornamenta ad celebrandum.

Cap. XXII.

IN Octaua Corporis Christi, processio fiat in circuitu Ecclesiæ Parochialis, vt commodius visum fuerit.

Cap. XXIII.

COnsueuerunt Confraternitates Sanctissimi Sacramenti, tertia Dominica vniuscuiusque mensis, processionem facere: quam intra Ecclesiam tantùm faciant, vel in circuitu.

Cap. XXIIII.

SI verò religiosi fecerint processionem, intra Ecclesiam & claustra fiat, & non extra, vt est à iure dispositum.

Cap. XXV.

FIat consuetum signum campana, quando Sacerdos in Missa maiori Corpus domini eleuat: & illi, qui genu flexo dixerit: Benedictus qui venit in nomine domini, & oratio-

& orationem Dominicam, Pater noster, pro augmento Ecclesiæ, & pace; concedimus quadraginta dies indulgentiæ.

Cap. XXVI.

VBi consueuerunt laici deferre baldachinum, quando Sanctissimum Corpus Christi redemptoris nostri defertur, vel in processionibus, vel ad infirmos, honestius facient, si sine spatis incedant: solent insuper circunstantibus impedimentum inferre.

Cap. XXVII.

DVm communicantur fideles, non misceantur viri, cum fœminis: sed separatim communicentur magna cum deuotione, sine tumultu.

Cap. XXVIII.

ANte pectus communicantium, tela nitida, seu linteamen mundum apponatur, propter periculum quod contingere possit.

Cap. XXIX.

MOneant omnes, vt vltra triduum post mortem propinquorum, vel alterius, non omittant ad sanctum Missæ sacrificium venire ad Ecclesiam. Et quia sæpe contigit circa hoc magnos ecceffus committi, ordinamus vt Vicarij nostri, vel Archipresbyteri tales moneant: & nisi se emendauerint, per excommunicationem compellentur per nos.

De Sacramento Pœnitentiæ, & Confessarijs.

Cap. I.

PEccata commissa post sanctum Baptismũ, per Sacramentum Pœnitentiæ delentur: quæ est cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio.

Cap. II.

C. Omnis vtriuſq; de pœnit. & rem.

OMnis vtriuſque ſexus Chriſtianus, ex Eccleſiæ præcepto tenetur ſemel in anno confiteri peccata ſua proprio Sacerdoti in quadrageſima, & communicari intra Dominicam palmarum, vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè: & quoties mortis periculum imminet, habens ætatem legitimam diſcretionis.

Cap. III.

PArochus, in Dominica poſt octauam Paſchæ reſurrectionis, moneat omnes, vt intra ſex dies confiteantur, & communicent: pro tribus terminis, & vno peremptorio, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: quod ſi non adimpleuerint, vt excommunicati publicentur nominatim: quibus ad hoc poteſtatem damus, & ſi tales interim moriantur, niſi oſtendant ſigna Pœnitentiæ, non ſepeliantur in ſepultura Eccleſiaſtica.

Cap. IIII.

QVòd ſi tales pœnituerit, concedimus, vt Parochus poſſit illos abſoluere ab excommunicatione, imponendo eis pœnitentias ſalutares & quòd ſoluant fabricæ Eccleſiæ aliquam competentem eleemoſynam arbitrio ſuo, & hæc facultas duret vſque ad Aſcenſionem Domini.

Cap. V.

SI domini negligentes fuerint in faciendo confiteri, & communicari ſeruos ſuos, & domeſticos maximè ruſticanos, ſeu armentarios, & pecudum cuſtodes, ſoluere compellantur vnciam vnam, aliàs ab ingreſſu Eccleſiæ arceantur.

Cap. VI.

POſt verò Aſcenſionem Domini, non confeſſi excommunicati publicentur diebus feſtiuis, & eorum nomina ad nos remittantur, vt procedatur contra eos: quòd ſi Parochus non adimpleuerit, condennetur ad ſoluendum vnciam vnam fabricæ propriæ Eccleſiæ.

Cap. VII.

QVi sine rationabili causa repertus fuerit Ecclesiæ præcepto non satisfecisse, publicè pœnitentiam faciat in Ecclesia, (vt alij timeant) ad arbitrium nostrum.

Cap. VIII.

MOneant Parochianos, Beneficiatus, & Curatus, & Prædicatores diebus quadragesimalibus, vt diligenter se præparent ad confitendum peccata, vt commodius possint facere.

Cap. IX.

FIat matricula ante quadragesimam Parochus omnium suorum Parochianorum, vt scire possit posteà, qui non adimpleuerit præceptum Ecclesiæ omittendo confessionem, & communionem: qui non fecerit decem vncias soluere compellatur fabricæ Ecclesiæ. *Matricula Parochianorũ*

Cap. X.

NVllus Sacerdos secularis, vel Religiosus confessiones audiat in nostra Diœcesi, sine licentia in scriptis, & si fuerit religiosus sine approbatione sui superioris, & nostra etiam licentia in scriptis gratis concedenda, aliâs absolutio erit nulla, & per nos in his delinquens grauissimè punietur. *Licentia ad confessiones audiendum. Cõc. Tri. sessio. 23. cap. 15. de refor. Bulla 128 Pij V. Clem. dudum. §. ac deinde de sep.*

Cap. XI.

OMnes confessarij teneantur scribere nomina omniũ, qui sibi fuerint confessi sacramentaliter peccata sua clarè, & distinctè, & tradere copiam illorum Archipresbytero statim finita octaua Paschæ, sub pœna priuationis facultate confessiones audiendi.

Cap. XII.

IVbemus etiam in virtute sanctæ obedientiæ, omnibus patronis seu Arraezes omnium tonnariorum, vel piscationum, vel trappitorum cannamellorum nostræ Diœcesis, vt inquirant, si quis ex hominibus laborantibus in dictis exercitijs non ostendat Cedulam confessionis, & communionis quadragesimæ proximè præteritæ illum expel-

 lat.

lat. Cùm sit excommunicatus: & statim det notitiam de hoc Archipresbytero loci, vel Vicario.

Cap. XIII.

NVllus audiat mulierum confessiones, nisi in confessionario ligneo, vel marmoreo, quod fieri iubemus infra sex menses, in omnibus Ecclesijs Parochialibus, & in monasterijs religiosorum, aliàs reuocabuntur omnes licentiæ confesßiones audiendi.

Cap. XIIII.

PRæterea nullus audiat confesßiones fœminarum in Ecclesiis noctu, sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ.

Cap. XV.

PRæterea mandamus, vt nullus audiat pœnitentium confesßiones in domibus particularibus, sed in locis sacris nisi propter infirmitatem, vel carceris impedimentum.

Cap. XVI.

PRohibemus etiam ne confessarij imponant pœnitentiam suis pœnitentibus, vt sibi tradãt pecunias ad Missas celebrandas, vel ad eleemosynas faciẽdas, sed suo arbitrio relinquant, quibus committere voluerint dicta pia opera, vt euitetur cupiditatis suspitio, & scandalum, qui contrauenerit priuetur facultate confeßiones audiendi in nostra Diœcesi.

Cap. XVII.

PRæterea si aliqua restitutio à pœnitente sit facienda, confessarij non recipiant restitutionem, vel si receperint restituant pœnitenti cedulam satisfactionis illius, cui facta fuit restitutio: vt omnis fraus tollatur in tanto Sacramento, sub eadem pœna.

Cap. XVIII.

EXaminent confessarij pœnitentes in principio confesßionis, si sciunt sufficienter doctrinam Christianam, ignorantes expellant, donec didicerint.

Sacerdos

Cap. XIX.

SAcerdos dum ad Altare ministrat sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, neminem audiat volentem confiteri, sed differat donec finiatur officium, aliter grauiter corrigatur, qui contrarium fecerit.

Cap. XX.

NVllus etiam, audiat confitentem stantem, erectum, vel etiam vestibus sacris ornatum ad celebrandum, nisi aliquid de nouo in mentem veniat, quod conscientiam eius remordeat.

Cap. XXI.

DVm in confessionibus audiendis Beneficiatus, vel Curatus fuerit occupatus, habeatur pro præsenti in choro, vbi aliâs residere tenebitur.

Cap. XXII.

HAbeant Curati Sacerdotes curam diligentem, vt pauperes mendicantes, & Aegyptiaci vagantes vbi repeꝛiuntur tempore quadragesimali, vt confiteantur, & communicent.

Cap. XXIII.

COnfessarius qui aliquid à pœnitente petierit ob confessionem, priuetur in perpetuum facultate confessiones audiendi, & per decem dies carceretur: sed si quid spontè obtulerit in eleemosynam, non prohibemus.

Cap. XXIIII.

VSurarios, & occupatores rerum alienarum, & decimas, & primitias non soluentes, non absoluant confessarij, nisi prius restituant alienum: & caueant, ne ob eorum negligentiam restitutiones differantur in periculum animarum, & damnum proximi.

Cap. XXV.

MOnemus etiam confessarios, vt cum Vicario foraneo, & viris sapientibus, & Archipresbyteris communicent, & tractent casus aliquos conscientiæ, vt sciat vnusquisque

quiſque quid oporteat in confeſſionibus obſeruare, ad minus ſemel in ſeptimana: & ſi caſus dubitabilis inſurgerit doctores conſulent, vel ad nos remittant.

Cap. XXVI.

SCiet etiam confeſſarius, ſe cum pœnitentibus officium doctoris, Iudicis, & medici ſpiritualis gerere; ideo conuenit vt ignorantes doceant modum confitendi peccata, & prudenter moneant, & corrigant, & oſtendant grauitatem peccatorum, & periculum animarum, adhibendo medicamina ſalubria vnicuique, prout viderint expedire.

Cap. XXVII.

CVrent etiam diligenter Archipresbyteri, & alij Beneficiati Curati viſitare infirmos, & eos monere, & inducere ad confitendum ſua peccata, & communicandum, & ad teſtamentum agendum pro exoneratione ſuarum animarum.

Cap. XXVIII.

Medici moneant infirmos confiteri.

MEdici præterea corporales quando ſecunda vice infirmos viſitauerint, eis ſuadeant, vt confiteantur ſua peccata, & ſi tertia vice ipſi non adimpleuerint, amplius nō viſitent eos, donec confeſſionis fidem in ſcriptis oſtendant medico: quòd ſi in hoc medici negligentes fuerinr, vltra pœnas à iure impoſitas, & in Bulla fœlicis recordationis Pij Quinti, duos ſcutos ſoluere compellatur Hoſpitali quilibet illorum, niſi confeſſario viſum fuerit maioris temporis ſpatio indigere ad ſe confitendum: & confeſſarius oſtendat medico fidem, qualiter infirmus confeſſus fuerit.

Bulla. 4.

Cap. XXIX.

ANte quadrageſimam eligantur, & approbentur confeſſarij, & in prima Dominica quadrageſimæ publicentur, vt vnuſquiſque intelligat ad quem poſsit

adire:

adire: & in Ecclesia, & Monasterijs appendatur tabula, vbi scribantur dicti confessarij.

Cap. XXX.

NVllus Sacerdos absoluere audeat illum, qui vel rem proximi furatam, vel malè detentam detinet, vel damnum intulit per incendium, vel alium modum, quando per nos excommunicantur ipsi, vel complices, vel scientes donec actualiter satisfactio fiat parti læsæ, & tunc tali casu concedimus, vt illum absoluat.

Cap. XXXI.

SI verò talis nequeat restituere ob eius magnam paupertatem, tunc confessarius non absoluat, sed inquirat de hoc, vt consultius prouideatur si omnino incapax est ad satisfaciendum, poterit illum absoluere nostro nomine, præstito iuramento de restituendo, quando ad pinguiorẽ fortunam venerit.

Cap. XXXII.

SI autem quis scit damnificatorem, & potest probare per alium, ita quòd res non sit omninò occulta, tunc tenetur denunciare quando sub excommunicationis pœna præcipitur, nec potest eum Sacerdos absoluere, sed debet ad nos remittere.

Cap. XXXIII.

FActæ reuelationes, in scriptis per iustitiam rediganttur, & detur notitia parti, vt actiones suas dirigat (præstito iuramento) à dicta parte læsa & sub pœna viginti vnciarum, quod directè vel indirectè non extrahet prosecutionem iuris sui à nostra audientia.

Cap. XXXIIII.

MOnemus omnes Confessarios, vt non absoluant, eos, qui frumento vel ordeo aquam immiscent, vel pluuiæ, vel rori malitiosè exponunt, vt crescat

mensura

mensura & quantitas, nam summopere damnificatur ex hoc, in grauissimum detrimentum ementium, & damnationem suarum animarum, donec restituant damnum verisimiliter proximo illatum. Quos Prædicatores & Curati, & Confessarij moneant, vt abstineant se ab huiusmodi peccato & iniquo abusu.

Cap. XXXV.

Sessio. 24 cap. 7. de ref.

CVpimus, vt in nostra Ecclesia Cathedrali, sit vnus pœnitentiarius, vt sacrum Concil. Triden. disponit, cui vna præbenda prima vacatura concedatur, qui sit sufficiens ad hoc munus & in dicta Ecclesia in loco commodo sedeat ad confessiones audiendas.

Cap. XXXVI.

HAbeant præterea Confessarij casus contentos in Bulla Cœnæ Domini, quæ solet legi Romæ, & casus nobis reseruatos; aliâs, non concedetur licentia confessiones audiendi, & habeāt aliquas summas Doctorū, vt sciant in re tanti momenti, qualiter se debent habere cum pœnitentibus, ne per ignorantiam aliquid omittant, vel committant; sciantque excommunicationem incurrere, si absoluerint in aliquo casu dicta Bulla reseruato.

Bulla Cœnę Domini.

Cap. XXXVII.

COmpellātur mulieres quæ tertiarię dicūtur in proprijs domibus habitantes, confiteri, & Sacramentum Eucharistiæ recipere in propria parochia in quadragesima, aliâs contra eas procedatur, veluti seculares, cum extra religionem & clausuram votum solemne emittere non possunt.

Bulla Pij V.

Cap. XXXVIII.

QVi extra propriam Parochiam confessus fuerit tempore quadragesimali, tenetur cum primum venerit suo Parocho cedulam confessionis, & communionis ostendere aliâs contra eum procedatur, vt iam est ordinatum.

Aduertant

Cap. XXXIX.

ADuertant Confessarij ne ob ignorantiam se, & pœnitentes illaqueant, malè intelligentes facultatem Bullæ sanctæ Cruciatæ, vel Iubilei circa dispensationes, vel commutationes, vel irritationem voti, ne vnum pro alio confundant considerantes quod pœnitens sit contritus, & vbi necesse est satisfaciat, nonnulli ignoranter credunt in peccato perseuerantes, & non-satisfacientes quod possint eos liberè absoluere contra intentionem Bullæ.

Cap. XXXX.

INuigilent Confessarij in examinatione pœnitentium, circa superstitiones, & vanas curiositates, quæ per nonnullas personas (præcipuè fœminas) solent comitti, & eas grauiter reprehendant, imponentes pœnitentias condignas prout viderint expedire differentes absolutionem ad tempus.

Cap. XXXXI.

QVi ligatus est vinculo excommunicationis, à peccatis absolui nequit, donec ab excommunicatione absoluatur.

Cap. XXXXII

LIcet pœnitens aliquod peccatum, cuius absolutio est Superiori reseruata, confessus sit, non statim illum remittat, sed post completam integrè confessionem, prudenter eum moneat de peccato reseruato, & de remedio.

Naua. c. 26. num. 7.

Cap. XXXXIII.

COnuenit, vt confessarius pœnitentem interroget, an habeat Bullam, vel Iubileum vel confessionalia, vel aliquam gratiam siue sanus, vel infirmus sit pœnitens, & postquā illum à peccatis absoluerit, dicat: Auctoritate qua fungor concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum quam tibi concedere possum, virtute cuiuscunque tuæ gratiæ, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.

Bullæ indulgētiæ.

Naua. c. 26. num. 30.

Cap. XXXXIIII.

Nauа. c. 26. c. 30.

QVando infirmus confeſſus non eſt, & loqui non poteſt, illum interroget confeſſarius de peccatis in ſpecie, & ſi ſignis vel nutu oſtendat contritionem, illum abſoluat aliâs, non.

Caſus reſeruati.

Cap. XXXXV.

Cõc. Tri. ſeſſio. 14. cap. 7.

QVia animarum ſaluti cõuenit, vt reliquorum peccatorum abſolutio nobis reſeruetur, vt peccantes cognoſcant grauitatem, & enormitatem illorum, & retrahantur à ſimilibus perpetrandis, videntes difficultatem abſolutionis ideo reſeruamus ſequentes caſus cum nonnullis adnotationibus neceſſarijs.

1 Abſolutionem ab excommunicatione maiori non reſeruata Sedi Apoſtolicæ,

2 Propter manus iniectionem iniurioſas in clericũ, quando ſummo Pontifici non reſeruatur.

3 Quando malitioſè non reuelabit, quod ſciebat de contentis in Edicto viſitationis, donec reuelet nobis, vel Vicario generali, vel foraneo in ſcriptis.

4 Propter decimas, & primitias debitas, non ſolutas, donec ſoluerint.

5 Propter occupationem iniuſtam territorij, vel domus, vel cuiuſcunque poſſeſſionis, cenſus, contractus, ſcripturarum, vel bonorum Eccleſiæ, vel quorumcumque locorum piorum, quouſque reſtituant, extra caſus. S. D. N. Papæ reſeruatos.

Cõc. Tri. ſeſſio. 22. cap. 11.

6 Non ſoluentes debita cum poſſint Eccleſijs, & Monaſterijs, locisque pijs: donec ſoluant.

7 Propter periurium in iudicio commiſſum, in damnũ partis.

Propter

8 Propter homicidium voluntarium perpetratum.

9 Dispensationem voti, & iuramenti,

Etiam ad dispensationem, ad petendum debitum alterius coniugatorum, propter votum simplex castitatis factum.

10 Dispensationem, vt qui cognouit carnaliter consanguineam vxoris, possit debitum carnale ab vxore petere, & vice versa quantum à iure est concessum Prælatis.

11 Propter copulam carnalem cum monacha professa, vel infideli, vel parenta, seu consanguinea, vel affine, vel cum coniuncta cognatione spirituali.

12 Propter incendium dolosè factum:

13 Propter blasphemiam publicam, vel incantationem vel dæmonum inuocationem & magariam.

14 Propter legata pia non executa intra annum, donec adimpleant.

15 Actus bestialis contra naturam.

16 Distributionem restitutionum incertarum rerum, quę per nos erit facienda.

17 Falsarij.

18 Parentum percussores.

Forma absolutionis in confeßione Sacramentali.

Cap. XXXXVI.

MOnemus Confessarios, vt absoluant pœnitentes pro animæ cautela ab excommunicatione maiori vel minori & à suspensione vel interdicto. Quando eos volunt absoluere à peccatis, dicendo quando est dubium. *Naua. c.*

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris *26. num.*

 10.

Silueſt. verb. excommunicatio. 6. num. 2.

vel minoris ſuſpenſionis, vel interdicti, à quibus te poſſum abſoluere, abſoluo te, ſi & quatenus poſſum & expedit, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium.

Miſereatur tui &c.

Indulgentiam & remiſſionem &c.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat & ego auctoritate ipſius, qua fungor abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ ſemper virginis, & omnium ſanctorum, & quicquid boni feceris, & mali patieris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.

Forma diſpenſandi ſuper irregularitate.

Forma diſpenſationis ab irregularitate. Silueſt. verb. abſoluto. 6. num. 2.

Cap. XXXXVII.

AVctoritate. N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa diſpenſo te ſuper irregularitate (vel irregularitatibus) quam vel quas contraxiſti (propter talem cauſam) & reſtituo te ad actus legitimos.

Forma abſolutionis à ſuſpenſione.

Cap. XXXXVIII.

AVctoritate. N. abſoluo te à vinculo ſuſpẽſionis, quam incurriſti propter talem caſum, & reſtituo te ad actus legitimos, &c.

Cap. XXXXIX.

FOrma verò abſolutionis ab interdicto eodem modo fit mutatis mutandis.

De

De Sacramento extremæ vnctionis.

Cap. I.

OLeum sanctum infirmorum diligenter custodiatur in vase argenteo sub claue in sacrario per Archipresbyterum seu Curatum.

Cap. II.

POstquam Archipresbyteri nostræ Diœcesis nouerint oleum sanctum catechumenorum & infirmorum iam esse consecrata, & chrisma, in quinta feria ebdomadæ sanctæ, non vtantur veteribus. Sed illa mittant in piscinam fontis baptismalis, reseruato tamen oleo infirmorum pro illorum necessitate (& nouo alio adducto) illud etiam mittant, sicut alia.

Cap. III.

TEneantur Archipresbyteri intra quindecim dies à die nouæ consecrationis prouidere Ecclesijs suis de oleo sancto & chrisma sub pœna vnius vnciæ applicandæ irremissibiliter fabricæ Ecclesiæ.

Cap. IIII.

INfirmi etiam vulnerati, qui in periculo mortis sunt verisimiliter constituti, capaces sunt huius Sacramenti extremæ vnctionis, & quoties diuersæ infirmitates vrgerent ad mortem, toties iterari potest.

Cap. V.

PVeri, & perpetuò amentes cum peccare non potuerint, hoc sacramento non indigent.

Cap. VI.

PRæterea nec condemnatis ad mortem corporalem concedi debet extrema vnctio, quia capaces non sunt corporalis salutis: quæ est vnus affectus huius Sacramenti.

Mutilato

Cap. VII.

MVtilato verò aliquo membro, vbi vngi debet, vngatur in parte proxima illi membro. Cæci etiam à natiuitate, in oculis vngendi sunt.

Cap. VIII.

MOneant etiam Archipresbyteri, & Curati dum infirmos communicant, vt petant extremam vnctionem, succedente necessitate.

Cap. IX.

SI dum infirmi vnguntur oleo sancto, moriantur, vlterius Sacerdos procedere non debet: si verò dubium sit, vngat sub conditione, scilicet, si non est mortuus.

Cap. X.

SI per negligentiam Archipresbyteri, seu Curati, aliquis sine Sacramento extremæ vnctionis discesserit; per mensem carceretur, & ab officio suspendatur.

Cap. XI.

MAgna virtus confertur infirmis per hoc sanctum Sacramentum extremæ vnctionis, ad resistendum tentationibus dæmonum, qui in vitæ fine fortius dimicant contra nos. Ideo Sacerdotes præcipuè curam habere debent infirmos animosos reddere, & fortes in Fide, Spe, & Charitate: confidentes de immensa Dei misericordia, quę pœnitentibus verè nunquam deficit.

Cap. XII.

QVando infirmi sunt oleo sancto vngendi, campana non pulsetur instar mortuorum, sed signo, & ictu simplici tangatur: si vir fuerit nouem ictibus fortiter tangatur, interposito notabili interuallo tribus iunctim ictibus, & alijs similiter subsequentibus: si fœmina fuerit, sex ictibus.

Cap. XIII.

SI verò Sacerdotibus psalmos recitantibus circa infirmos, quando sanctum oleum deducitur ad illos,

aliqua

aliqua eleemosyna tribuitur sponte, ex parte infirmorum recipi poterit, nihil tamen exigatur, nec aliquid tribuatur absentibus: & attendant omnes, vt cum deuotione recitent psalmos, & orationes, non celeriter, & indeuotè: & qui librum non habuerit, nihil habeat de eleemosyna.

Cap. XIIII.

CHaritatiuè religiosis omnibus Sacramentum extremæ vnctionis administretur, sine aliqua eleomosyna.

Cap. XV.

AD tollenda multa inconuenientia, prohibemus ne noctu extrema vnctio administretur.

De Sancto Sacramento matrimonij.

Cap. I.

SACROSANCTVM generale Concilium Tridentinum disponit, quòd publicè fiant tres monitiones ante matrimonium contrahendũ; & si nullum impedimentum reperiatur Archipresbyter seu Curatus, vel qui pro eo vices gerit, habito consensu libero contrahentium, dicat: Ego vos coniungo in matrimonium, in nomine Patris, & cętera. Adhibeat etiã duos, vel tres testes: & quòd si secus actum fuerit, matrimonium sit nullum. Et mandamus, vt omnes Clerici nostræ Diœcesis, ita seruent sub pœna priuationis officij, & beneficij, & carcerationis per menses sex, vltra pœnas aliâs à iure impositas. *Sessio. 24. cap. 1.*

Cap. II.

PRohibemus etiam, ne pro monitionibus faciendis aliquid exigatur, sub pœna quadruplum restituendi.

Cap. III.

MOneant etiã pluries Parochianos de ordine, & forma, circa matrimonia ab Ecclesia instituta: ne quis per ignorantiam *Sessio. 24 cap 1. ad finem.*

ignorantiam decipiatur, contrahendo clandestinè sine solennitate, à sacro concilio Tridentino ordinata: cum matrimonium sit nullum.

Cap. IIII.

ARchipresbyteri, vel Curati monitiones prædictas subscribant: & qui illos iunxerit in matrimonium, prius videat easdem, & superpelliceo, & stola, vel cappa sit indutus quando Sacramenta matrimonij perficit.

Cap. V.

Sessio. 24 cap. I. CLericus qui sine licentia proprij Sacerdotis, vel ordinarij in matrimonium iunxerit sibi non subditos, vltra quòd matrimonium est nullum, viginti vnciarum pœnam incurrat, & ab officio suspendatur, donec absoluatur, vt sacrum Concilium Tridentinum disponit.

Cap. VI.

Benedictiões cõtrahētiū. TEneantur intra bimestre, qui matrimonium contraxerunt, recipere benedictionem ecclesiasticam, prohibitumque sit eis ante eam cohabitare insimul, atque carnaliter commisceri: & qui contrarium fecerit, monitus, sex vncias soluere compellatur: quarum, quinta pars detur denunciatori, reliquæ operibus piis applicentur: secundò verò nubentes, non consueuerunt benedictionem recipere.

Cap. VII.

Sessio 24 cap. I. HOrtamur contrahentes, vt sint confessi de suis peccatis, & quando benedicentur communicent, recipiendo corpus Domini in celebratione Missæ. Et prohibemus omninò ne fiat Missa (vt vulgus dicit) sicca, in benedictione dicta, vt mala consuetudo introduxit: sub pœna suspensionis ab officio per tres menses, nec nubentibus panis benedictus detur.

Cap. VIII.

EXaminentur ante matrimonium, qui contrahere habent, si sciunt ad minus Credo, Pater noster, & Aue Maria,

Maria, & præcepta Dei, & Ecclesiæ: & qui nesciunt, non admittantur, donec didicerint.

Cap. IX.

CVm matrimonium non faciat carnalis copula, sed legitimus consensus: multi inconsideratè faciunt, vt factis capitulis, seu accordijs pro matrimonio futuro contrahendo, per missionem anuli carnaliter se cognoscunt, & in concubinatu viuunt, & in peccato, in offensam Dei, & iniuriam sancti Sacramenti: vnde multa mala, & scandala oriri, experientia docuit. Ideo si tales moniti intra breue tempus, legitimè contrahere distulerint, per pœnas contra concubinarios à iure impositas, separentur: & vnciarum quatuor incurrāt pœnā, & pars quinta denunciatori detur.

Sponsi nō Commisceantur ante matrimoniū

Cap. X.

BEnedictiones nuptiales fiant cum patrino, & matrina, qui sint ad minus quindecim annorum; & prohibemus, ne Clerici seculares, nec religiosi possint huiusmodi officium patrini exercere.

Benedictiões nuptiales.

Cap. XI.

BEnedictio nuptialis non fiat nisi in Ecclesijs Parochialibus, non obstantibus dispositionibus testantium, vt fiat in Ecclesijs priuatis. Poterūt posteà adire Ecclesias illas.

Cap. XII.

EXtranei à ciuitate, vel oppido non admittantur ad contrahendum matrimonium, nisi per legitimas informationes sufficienter ostenderint esse liberos, & sine aliquo impedimento impedienti matrimonium: & depositiones testium redigantur in scriptis, & licentia à nobis, vel à Vicario nostro generali sit concessa. Qui verò ex Curatis beneficiatis contrarium fecerit, ad duas vncias condemnetur.

Cap. XIII.

SCienter contrahentes matrimonium in gradu à iure Canonico prohibito, excommunicati sunt, & pœna vnciarum decem puniantur.

Clem. vnico de cōs. & off.

Cap. XIIII.

Clerici vel religiosi contrahẽtes. Clem. varia d cõs. & aff. Cõc. Tri. sessio. 24. de refor. cap. 5. C. de bene dicto 32. q. 1.

CLerici contrahentes in ordine sacro constituti, vel religiosi professi solenniter, vltrà excommunicationem à iure impositam propter factum grauiter puniantur; & pœnam vnciarum decem incurrant, operibus pijs nostro arbitrio diuidendam, & quinta pars detur denuntiatori: qui circa fidem præsumuntur suspecti.

Cap. XV.

QVi viuente vxore, aliam duxerit, grauissimum peccatum committit & publicè fustigetur ignominiosè, & qui vilis conditionis fuerit, ad remigandum in galeris condemnetur per quinquennium. Fœmina verò vilis etiã frustetur, nobiles verò grauissimè puniantur, secundum nostrum arbitrium.

Cap. XVI.

Sessio. 24 cap. 1. & 10. de refor. C. Non oportet 33. q. 5. Benedictiões nuptiales qñ prohibentur.

SAnctum Concilium Tridentinum disponit posse celebrari benedictiones nuptiales per totum annũ, excepto tempore ab Aduentu vsque ad Epiphaniam Domini, & à feria quarta cineris vsque ad octauam Resurrectionis Dominicæ inclusiuè, fiant verò cum modestia, & honestate Christiana, prout conuenit tanto Sacramento: quòd omninò ità obseruare præcipimus. Et moneant Curati Parochianos suos per quindecim dies, ante dictum tempus prohibionis nuptiarum.

Cap. XVII.

Siluest. in sũma uer bo. matri moniũ 7. Exteri maritantes.

SOlent exteri dum maritantur, præstare fideiussionem, quòd non sint impediti aliquo legitimo impedimento ad contrahendum: volumus, vt vnus solus sufficiens fideiussor recipiatur, & non plures: & prohibemus ne pater vel consanguineus fœminæ maritandæ admittatur in fideiussorẽ, nec obligentur ad seruandum indemnem fideiussorem, ne duplici malo grauentur, si contigerit subesse fraudem.

Cap. XVIII.

VIdua, quæ nubere voluerit propter mariti mortem in longinquis partibus; prius probare tenetur mortem viri per legitimos testes. Et si fuerit casus difficilis probationis ad minus intersit vnus testis de visu fide dignus; & alij vel alius de fama, in quo magna cum cautela procedatur. Et Vicarius semper nos moneat de qualitate, & credulitate testium.

C. in præsentia de spon. c. 2. de secūdis nupt.

Cap. XIX.

QVando concedimus licentiam contrahenti in dictis casibus, semper remaneat originale authenticum testiū cum subscriptione, & licentiæ, & fideiussionis solitæ de non habendo aliam, & omnia conseruantur.

Cap. XX.

QVando alter coniugum, ad secundum matrimonium conuolare voluerit propter mortem absentis extra proprium locum, seu ciuitatem, necesse habet coram Vicario probare mortem: & constito nobis, vel Vicario generali de veritate, licentiam concedemus, qui illos sine dicta licentia admiserit in matrimonium, duas vncias soluere compellatur fabricæ Ecclesiæ Parochialis.

Cap. XXI.

SIt vnus liber in Ecclesijs Parochialibus, vbi diligenter describantur nomina, & cognomina contrahentium, & eorum parentum, & terrarum, & testium.

Cōc. Tri. sessio. 24. cap. 1. ad finem.

Cap. XXII.

QVi curam suorum non habent grauissimum comittunt peccatum. Et sic qui seruos commisceri permittunt, de eorum peccatis sunt redituri rationem Deo: & monemus seruorum patronos, vt dimittant illos contrahere matrimonium: aliâs sciant illos posse contrahere, etiam patronis inuitis, & moniti, si eos in peccato manere permiserint, excommunicentur.

C. 1. de cōci. seru.

Cap. XXIII.

C. Puberes & c. acusationes & c. cõtinebat & c. ex litteris d. spõ. ĩpu.

LEgitima ætas ad contrahendum matrimonium, in masculis est quatuordecim annorum, in fœminis duodecim completorum: ad sponsalia verò in vtroque septennis sufficit.

De Sacramento Ordinis.

Cap. I.

Cõc. Tri. sessio. 23. cap. 4. de refor. c. f. de temp. ord. lib. 6 c. fin. de tẽp. ord. lib. 6. c.



VLLVS ordinetur etiam prima tonsura, qui Sacramentum confirmationis non receperit, & nisi sciant doctrinam Christianam, & legere, & scribere, & quòd sit verisimilis coniectura velle in statu ecclesiastico perseuerare, & qui ordinatur, scribatur ad seruitium alicuius Ecclesiæ.

Cap. II.

Cõc. Tri. sessio. 23. c. 4. de refor.

NVllus initietur prima tonsura, qui timore pœnæ constrictus ob delictum eam appetit, potiusquàm Dei seruitio, ac affectione Ecclesiasticæ disciplinæ.

Cap. III.

Sess. 23. cap. 5. et c. 11. c. in singulis. 77. dist.

QVi ad minores ordines admittendus est, ostendere habet suorum bonorum morum testimonium, per proprium Parochum conficiendum, & magistrum, & qui ad minus nouerit linguam Latinam, & spes illorũ sit maiores ordines merendi.

Cap. IIII.

Sessio. 23 c 11. de refor. Sessio. 23 c. 13. de ref. & c. 14.

PRomoueantur verò ad dictos ordines per temporum interualla, ad hoc, vt in receptis exerceantur in Ecclesia, & gradatim crescentibus meritis, & virtutibus, crescant etiam in ordinibus: & non admittantur ad ordinem sacrũ, nisi post annum ab vltimo gradu minorum, nisi necessitas, & vtilitas Ecclesiæ arbitrio nostro aliud postulauerit.

Qui

Cap. V.

QVi ordinandus est ordine sacro, compareat per mensem anteà coram nobis, vt commissionem recipiat, vt Parochus in Ecclesia publicet illum velle ad ordinem sacrum ascendere. Et per informationem legitimè nobis constet de illius legitimitate, & ætate, moribus, vita, & genere. *Sessio. 23 c. 7. de refor.*

Cap. VI.

NVllo modo religiosus cuiuscunque ordinis, & conditionis sit, qui professionem solennem nõ fecerit; prius ordinetur Ordine sacro, ne fortè exiens à religiòne iam ordinatus sine beneficio & patrimonio, mendicare cogatur. *Bullę 75. Pij V. Cõc. Tri. sessio. 21. de refor. cap. 2.*

Cap. VII.

NVllus, etiam si religiosus sit ad sacrum subdiaconatus Ordinem admittatur, nisi vigesimum secundum annũ attigerit, & ad diaconatus, nisi vigesimum tertium, & ad Presbyteratum nisi vigesimum quintum iam fuerit ingressus; ac prius diligenter examinetur. *Cõc. Tri. seßio. 23. c. 12. de refor.*

Cap. VIII.

PRohibetur etiam sacro ordine decorari, qui sufficiens beneficium ad sui substentationem non habet, vel patrimonium verum & liberum sine fraude, quod declarauimus ad minus sit vnciarum centum, quibus renunciare non possit sine licentia nostra, nec quoquomodo alienare, sub pœna suspensionis officij. *Cõc. Tri. seßio. 21 cap. 2. de refor.*

Cap. IX.

CLerici in minoribus ordinibus constituti seruiant in Ecclesia sacerdotibus celebrantibus, & alijs actibus necessarijs ad debitum cultum, & in hoc negligentes difficulter per nos ordinabuntur, in Ecclesia verò deferant superpelliciam.

Cap. X.

DEferentes literas comendatitias, seu fauoris, etiam si aliâs habiles sint, pro illa vice non ordinentur. *C. Ordinationes cũ pluribus seq. 1. q. 1*

Pueri

Cap. XI.

PVeri ante primam tonſuram niſi in Eccleſijs deſeruiant non permittantur birrettum clericale deferre, nec ſuperpelliceam ſine noſtra vel Vicarij licentia.

Cap. XII.

MInores etiam ordines habentes exerceant miniſteria ſuorum ordinum, ſcilicet Hoſtiarius fideles ad Eccleſiam admittat, infideles & excommunicatos, & interdictos expellat. Lectores in Eccleſia lectiones pronuntiēt. Exorciſtæ dæmones eijciant à corporibus obſeſſis. Accoliti luminaria accenſa deferant.

SECVNDA

SECVNDA PARS

De Synodo Diœcesana.

Cap. I.



Acri Canones ordinant singulis annis Synodum Diœcesanam celebrari, quod nos exequi cupientes, ordinamus, vt quolibet anno celebretur in hac ciuitate Mazariensi; vbi ex nunc eam indicimus, & omnes Abbates, Priores, Archipresbyteros, Parochos animorum curam habentes, & reliquos coadiutores, qui iure vel consuetudine interesse habent, citamus, requirimus, conueniant ad festum Transfigurationis Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, sexto Augusti. Qui verò, iusta & rationabili causa cessante, neglexerit venire, pœna vnciarum quatuor mulctetur, & fabricæ nostræ Ecclesiæ applicentur. Si verò grauia & vrgentia impedimenta euenerint ad aliud tempus congruũ differetur Synodi celebratio.

C. Annis singulis. c. Epo distin. 18. Cõc. Tri. sessio. 24. c. 2. de. re for. c. 9 super his de maio. & obe.

Cap. II.

PEr mensem antea affigatur Edictum citatorium ad valuas nostræ Ecclesiæ Mazariensis, Vt omnibus notum sit, quando Synodus erit celebranda; qui verò iustam causam non veniendi habere prætenderit, eam ostendat, vt per nos approbetur, & ei concedatur licentia, vt per legitimum procuratorem compareat, aliâs si negligens fuerit, dictam pœnam non euitabit.

Cap. III.

VBi vnus solus Beneficiatus Curatus fuerit in vna Ecclesia parochiali idoneum Sacerdotem relinquat, qui possit interim Sacramenta administrare.

Quia

Cap. IIII.

Testes Synodales. QVia vero nequit Prælatis in omnibus suæ Diœcesis partibus adesse, ad hoc vt omnium rerum contingentium notitiam habere possit, tam circa Clericorum, quam secularium excessis, & alia ad curam animarum pertinentia, quapropter Sancti sacra iura decreuerunt, vt in Synodo Diœcesana testes Synodales deputentur personæ legales & fidedigni, vt diligentem curam habeant Prælatum admonere de ijs, quæ correctione & reformatione indigent. Ideo confisi de legalitate, & virtute, & conscientia personarum infra nominatarum, easdem nominamus in hac præsenti Synodo.

Mazaria. In hac Ciuitate Mazariensi Reuerendum D. Michaelē de Rosa Canonicum, & R. D. Franciscum de Augustino.

Marsala. In Ciuitate Marsaliæ R. D. Saluatorem Pantaleo.

Drepano. In Ciuitate Drepani R. D. Antonium magistrum in Theologia, & R. D. Iosephum lo Monacho.

C. Mōtis S. Iuliani. In Ciuitate Montis sancti Iuliani R. D. Iacobum Iofre R. Iosephum Columbo, & R. Ioannem de Ancona.

Alcamo. In Terra Alcami R. D. Vincentium de Virdi, & Christophorum Regina.

Calatafimi. In Terra Calatafimi.

Salem. In Ciuitate Salem.

Cast. vet. In Ciuitate Castro Veterano.

Partana. In Terra Partana.

In Terra

In Terra Gibelina. Gibelina.

In Sala Parutarum. Sala.

In Terra Carini. Carini.

Cap. V.

TEſtes Synodales in locis ſibi deputatis inquirant ſecretè imprimis, ſi Vicarij noſtri diligenter & fideliter exerceant officium ſuum, ſecundum has Conſtitutiones.

Cap. VI.

ITem ſi Notarij excedunt in iuribus ſibi competentibus.

Cap. VII.

SI Fiſcales componunt delicta, vel occultant ne ad noſtram notitiam perueniant, vel ob quemcumque reſpectum illud omittunt.

Cap. VIII.

SI Archipresbyteri, & reliqui Beneficiati & Capellani, Curati, & alij Clerici, debitè & iuſtè procedunt in adminiſtratione ſuorum officiorum & ordinariè reſidēt vt ſunt obligati, & ſi omnes honeſtè viuunt ſine ſcandalo.

Cap. IX.

INquirant præterea ſi ſunt aliqua peccata publica.

Cap. X.

INformabunt ſe de teſtibus ſcientibus res, de quibus interrogantur, & eorum dicta ſcribant ipſi, & ſolum ad hoc cōcedimus dictis teſtibus Synodalibus, poteſtatem excommunicandi illos, qui noluerint dicere veritatem.

Cap. XI.

VT omnino tollatur occaſio differentiæ & ſcandali in Seſſionibus in Synodo Diœceſana, ordinamus, quòd conſuetus ordo ſeruetur, ſcilicet, ad manum dexteram Chori primum locum obtinet Vicarius generalis, & poſtea

Archidiaconis, ad ſiniſtram verò ſedet Chiantor, ſeu Cantor, & Decanus. Deinde Capitulum ordine ſuæ antiquitatis. Poſtmodum, Abbas ſanctæ Mariæ Ligumari, Prior Habitæ.
Archipresbyter Ciuitatis Marſaliæ.
Archipresbyter Ciuitatis Drepani.
Archipresbyter Ciuitatis Montis ſancti Iuliani.
Archipresbyter Terræ Alcami.
Archipresbyter Terræ Calatafimi.
Archipresbyter Ciuitatis Salem.
Archipresbyter Ciuitatis Caſtri Veterani.
Archipresbyter Terræ Partanæ.
Archipresbyter Terræ Gibellinæ.
Archipresbyter Terræ Salæ Parutarum.
Archipresbyter Terræ Carini.
Archipresbyter Terræ Caſtri ad mare del gulfo.
Archipresbyter Terræ Salæ Partinici.
Archipresbyter Terræ Capachi.
Archipresbyter Terræ ſancti Laurentij dila Hita.
Capellani, Curati Cathedralis Eccleſiæ Mazarienſis.
Parochus Eccleſiæ ſancti Matthæi C. Marſaliæ.
Capellani, Curati trium Parochiarum C. Drepani.
Capellani Curati maioris Eccleſiæ C. Montis S. Iuliani.
Capellani, Curati trium Eccleſiarum Parochialium C. Sancti Iuliani.
Capellani, Curati Eccleſiæ maioris C. Salem.
Capellani, Curati maioris Eccleſiæ C. Caſtri Veterani.

Cap. XII.

MOnemus in domino, omnes qui in hac Synodo intereſſe habent, vt in diebus quibus Synodus celebratur, Miſſam celebrent, & Deum humiliter deprecētur, vt nos illuminare dignetur ad ea peragenda, quæ ad Dei gloriam, & animarum ſalutem expediunt, & ſic mores componant, vt reliquis virtutis, & honeſtatis præbeant exemplum.

De Examinatoribus.

Cap. I.



Sessio. 24 c. 18. de refor.

ANCTVM Tridentinum Conciliũ exequentes nominamus examinatores infra nominatos pro examinandis oppositoribus, seu prętendentibus aliquod beneficium Ecclesiasticum, quando vacare contigerit, & etiam pro examinandis ordinandis, & confessarijs, donec in alia Synodo aliter prouisum fuerit, ex quibus (succedente casu) quos nobis placuerit vocabimus.

Reuerendum Doctorem Alphonsum Diaz Vicarium generalem, & Canonicum Mazariensem.

Reuerendum D. Io. Vincentium Manella V. I. D. Chautrum Maz.

Reuerendum Magistrũ Pompeiũ de Ragusa Carmelitanũ.

Reuerendum Magistrum Iacobum Bertuglio ordinis sancti Francisci.

Reuerendum D. Cosmum de Fichi Doctorem in iure Canonicum Maz.

Magnificum Nicol. Xerbinum V. I. D.

Cap. II.

Sessio. 24 cap. 18.

EXaminatores iurabunt ad Dei Euengelia fideliter exercere officium, & caueant, ne ratione examinis, aliquid ante, vel post recipiant ab ijs, qui beneficia recipiunt.

De cognitione & debita obedientia praestanda.

Cap. I.



LAVDABILIS consuetudo inoleuit in signũ debitæ obedientiæ, & subiectionis, in honorem nostræ Ecclesiæ cathedralis, vt omnes Diœcesana lege subiecti, personaliter ad eamdem

conueniant, in die ſolennitatis transfigurationis domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ eſt titulus eiuſdem Eccleſiæ (ſcilicet) Abbates, Priores, Archipresbyteri, Parochi, Curati, & reliqui qui cenſum ſeruitium, obedientiam præſtare tenentur, vt inter Miſſarum ſolemnia illud offerant, (& more ſolito) dum vocantur adeſſe reſpondeant ad præſtandam debitam obedientiam paratos. Volentes igitur conſuetudinem hanc inuiolabiliter obſeruari, hoc idem eis iniungimus, & qui ſine iuſta cauſa non venerit vncia condemnetur, & fabricæ eiuſdem Eccleſiæ applicetur.

c. Cõſtitutus. §. cum autẽ de relig. domib.

Cap. II.

SVccedente iuſta cauſa, abſentiæ tenentur mittere, vel committere quem vel cui pro eis reſpondere poſſit, & nullus poſſit reſpondere niſi pro vno abſente.

Cap. III.

COnfraternitates, & Monaſteria poterunt per ſuos Capellanos vel Procuratores reſpondere.

De Viſitatione.

Cap. I.



SAncti ab Eccleſia ordinatum eſt (vt ſi cõmodè fieri poſſit) ſingulis annis tota Diœceſis viſitetur, quod hucuſque adimpleuimus, & impoſterum (fauente Deo) adimplebimus per nos, vel Viſitatores noſtros.

Cõc. Tri. ſeſſio. 24. c. de ref. C. 1. & per totũ de cenſib.

c. 1. eccl. ct. m6.

Cap. II.

VIſitator nullo modo hoſpitetur in domibus Clericorum vel Procuratorum, ſeu Adminiſtratorum bonorum Eccleſiarum, vel alterius loci pij, nec eos inuitet, nec ipſe ab eis inuitetur nec, aliquid ab eis recipiat, aliâs grauiter puniatur.

Curet

Cap. III.

CVret Visitator, vt statim in aliquo die festiuo populum congreget, vbi omnes conueniant in aliqua Ecclesia sub pœna excommunicationis & post offertorium in Missa, legat, vel legere faciat edictum generale infra appositũ, & per se, vel aliquem Prædicatorem moneat, quantùm intersit, peccata publica corrigi, & quod non reuelantes incidunt excommunicationem, à qua non absoluentur donec reuelent.

Cap. IIII.

POstea verò visitet Sacrarium, vbi repositum est sanctissimum Sacramentum cum antorchijs seu candelis accensis, & videat si quid indecens reponatur, vt possit emendare, & corrigere.

Cap. V.

VIsitet etiam fontem baptismalem, & vasa sancti olei & chrisma & librum, vbi baptizati describuntur.

Cap. VI.

ALio verò die celebrata coram eo Missa defunctorum cum processione exeat per Ecclesiam & cimiterium, & fiant consuetæ commemorationes defunctorum.

Cap. VII.

VIsitabit omnia ornamenta, & omnes res mobiles Ecclesiæ per inuentarium, & si quid repererit consumptum, renouare faciat, & deperditum restituere.

Cap. VIII.

EXaminet aliquos Clericos, vel seculares (prout sibi melius videbitur) per Capitula Edicti.

Cap. IX.

EXaminabit Archipresbyteros, Beneficiatos, & Capellanos curam animarum habentes, & confessarios, inquirens quomodo Sacramenta administrent, & si docent doctrinam Christianam, & quos libros habent, vt melius possint officium suum exercere.

Videat

Cap. X.

VIdeat etiam titulos beneficiorum, & capellarum, ſi ſunt legitimi, vel non;& licentias pro adminiſtrandis Sacramentis,& confeſſiones audiendi.

Cap. XI.

INquirat etiam,an bona ſtabilia Eccleſiarum,& locorum piorum (ſcilicet) domus,vineæ, & reliquæ poſſeſſiones, & res ſint malè alienatæ, vel male reparatæ, & confines,an ſint diſtincti.

Cap. XII.

INquirat præterea,an Vicarij foranei, & Notarij, & reliqui miniſtri ſui, & Archipresbyteri, & Curati, & Sacriſtæ, & Beneficiati, & Capellani benè,& diligenter exerceāt officia ſua, & ſi celebrant Miſſas,& adimplent anniuerſaria, & pias defunctorum voluntates.

Cap. XIII.

REcipiat rationem,& compotum introituum fabricarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Monialium, Hoſpitalium, Confraternitatum, Heremitoriorum, & Montium Pietatis, & reliquorum locorum piorum.

Cap. XIIII.

VIſitet etiam ſtudia, vbi ſcientiæ docentur, & inquirat, an Magiſtri ſunt idonei, & catholici, & ſi eſt aliquod ſcandalum alicuius erroris, vel falſæ doctrinæ, & ſiquid (quod abſit) repererit incontinenti ſecretè nos certiores faciat.

Cap. XV.

ADmoneat Magiſtros linguæ Latinæ, vt legant libros Catholicos, & fugiant Gentilicas fabulas, & vanitates, diſcolos ſtudentes expellat à ſcholis,ne alijs ſuo malo exemplo noceant.

Cap. XVI.

VIſitabit etiam ſcholas puerorum,& inquirat,an Magiſtri ſint honeſti,& benè morigerati,& ſufficientes,& videat

videat, si habent licentiam nostram ad docendum.

Cap. XVII.

SI verò Visitator aliquos in visitatione condemnauerit pœnis pecuniarijs, illas pauperibus, & locis pijs diuidat in proprio loco ante Notarium visitationis.

Cap. XVIII.

FAciat etiam memoriam in aliquo libro prouisionum; sententiarum, mandatorum, quæ in visitatione fecerit, vt postea videat, qualiter quæ ordinauerit sint adimpleta.

Cap. XIX.

CVret præterea, vt audiat omnes Sacerdotes Missas celebrare, & attentè consideret, an in cæremonijs sit aliquis notabilis defectus.

Cap. XX.

IN visitatione nihil omnino exigat à visitatis propter id, quod taxatum, & consuetudine introductum reperitur.

C. Procurationes de cens. Cõc. Tri. sessió. 24. cap. 3. de refor.

Cap. XXI.

LEgata præcipuè notabiliora in rollo, seu quinternio visitationis describat, vt melius valeat scire, an compleantur.

Edictum Visitationis.

NOs Dominus Bernardus Gasco, Dei ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia Episcopus Mazariensis, & de Consilio suæ maiestatis; omnibus vicinis & habitantibus in ista Ciuitate, seu Terra, tam viris, quam mulieribus cuiuscumque status, & conditionis sint salutem & gratiam. Notum facimus, quòd sancti Patres Spiritu sancti illuminati in eorum sacris Concilijs sanctè, ac iustè constituerunt, vt omnes Prælati & Ecclesiæ Pastores personaliter, & legitimè impediti existentes, deberent per alios ordinariè facere generalem Inquisitionem, & solemnem Visitationem

tionem, ſeu ſcrutinium Viſitę, & morum omnium ſuorum ſubditorum, tam Clericorum, quam Laicorum, & ſtatus Eccleſiarum, Heremitoriorum, ac Hoſpitalium, & Montis Pietatis, Confraternitatum, & omnium aliorum locorum piorum diuino cultui dedicatorum, vt totum ad Dei noſtri ſeruitium & animarum ſalutē dirigatur; quod conſiſtit manere in gratia & charitate remotos à vitijs, & peccatis præcipuè publicis, & notorijs, quibus non ſolùm Dominus noſter offenditur, verumetiam in republica, & populo ſequitur magna perturbatio & ſcandalum, præbendo ſibi inuicem malum exemplum, & occaſionem malè viuendi, & peccandi, quam ob cauſam peccata publica ſunt, & debēt ęſtimari grauiora, & periculoſiora, & in maiori damno, & detrimento conſcientiæ Prælati diſſimulantis, & nō agentis ſuam debitam diligentiam in puniendis, & corrigendis peccatis publicis. Et ideo pro exoneratione noſtræ conſciētiæ, & eo, quod expedit ſaluti ſpirituali veſtrarum animarum, & conſcientiarum: vos hortamur & monemus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus omnibus tam viris, quam mulieribus ſcientibus aliquid ex infraſcriptis, ſeu aliquod aliud vitium, vel peccatum publicum, & manifeſtum, veniant & manifeſtent nobis omnia ſecretè.

In primis, quia bonum Eccleſiæ conſiſtit præcipuè in bonis miniſtris; in quibus etiam in magna parte ſalus animarum conſiſtit propter bonum exemplum, quod alijs tradunt, eos dirigendo ad viam cœli cum ſancta, & bona doctrina, & cum eorum bona vita portantes. Si ſcitis, quod Curatus, ſeu Archipresbyter, Beneficiati, Capellani, & Sacriſtæ benè ſeruiunt in ſuo officio Eccleſiarū, & ſi celebrant diuina officia, Miſſas, & Veſperas, ſuo tempore, veluti debent, & tenentur cum omni deuotione, vel ſi fecerint aliquem defectum notabilem.

Item ſi ſcitis, quod dicti, ſeu aliquis quicumque Clericus receperunt ſacros ordines ante legitimam ætatem, vel ſi receperint

ceperint, ſeu celebrauerint exiſtentes excommunicati, ſeu ſuſpenſi, vel interdicti, vel irregulares, vel ſint Apoſtatæ; videlicet ſi exiſtentes profeſſi reliquerint habitum, vel receperint dictos ordines ſeu beneficia per Simoniam, vel ab aliquo Simoniaco, Hæretico, vel excommunicato.

Item ſi ſcitis, quod dicti Curati, Beneficiati, ſeu Capellani noluerint baptizare, neque adminiſtrare alia ſanctiſſima Sacramenta, niſi prius ſibi tradant conſuetam eleemoſynam, vel ſi receperint vltra ius ſibi competens, vel ſi reliquerint adminiſtrare dicta Sacramenta die, noctuque infirmis in eorum neceſſitate toties quoties fuiſſent neceſſaria: vel ſi eorum culpa ſeu negligentia aliquis ex hac vita deceſſiſſet abſque confeſſione, vel communione, vel extrema vnctione, vel abſque ſancto baptiſmo.

Item ſi dicti Curati, Beneficiati, & Capellani viſitant infirmos. Et ſi neceſſe eſt vt agere faciant eorum teſtamenta veluti tenentur pro exoneratione animarum eorum.

Item ſi ſaltem diebus Dominicis Aduentus & Quadrageſimæ publicæ in Eccleſia docent doctrinam Chriſtianã; videlicet, virtutes Theologales ideſt Fidem, Spem, & Charitatem, & Symbolum Apoſtolorum, & quatuordecim articulos Fidei & orationem, Pater noſter, & Aue Maria, & Salue Regina, & decem legis Dei mandata, quinque Eccleſiæ præcepta, quatuordecim opera miſericordiæ, ſeptem ſpiritualia, & ſeptem corporalia, ſeptem vitia ſeu peccata mortalia, & omnia alia ſaluti animæ neceſſaria.

Item declarare debeatis eorum vitam, & conuerſationẽ ſi de ſe ipſis bonum exemplum tradant. Itaque ſint ſpeculum & lux populi Chriſtiani: vel ſi manent in aliquibus peccatis publicis, videlicet ſi ſint alearum luſores, ſeu aliorum ludorum iure prohibitorum, vel ſi habent conuerſationẽ cũ mulieribus inhoneſtis, & impudicis, vel ſi habent publicas cõcubinas, vel habent in ſuis domibus perſonas inhoneſtas, vitio luxuriæ, ſuſpectas, vel ſi publicè tali vitio notẽtur.

Item, ſi tractant cum charitate ſuos Parochianos dantes eis bonā doctrinam, & exemplum, & ſi pacem procurant, & concordiam eos excuſantes ex cōtemptionibus, litibus, & diſceſſionibus, vel ſi dant cauſam, vt tales faciunt contentiones, & diſceſſiones, vel ſi noctu ambulant per vicos, & plateas cantilenas cantando, ſeu, vt dicitur, villanellas cū lautis, & alijs inſtrumentis muſicis, vel ſi portant arma prohibita, vel habitum inhoneſtum, & prophanum, vel ſi portant ſpōſas, vel alias mulieres manibus, vel brachijs, vel equitando per vicos, & plateas publicè, vel ſi faciunt alia indecentia, & ſcandaloſa eorum dignitati, & ſtatui.

Item dicere, & declarare debeatis ſi complent anniuerſaria, & Miſſas legatorum, ſeu memoriarum, quæ ſint eorum curæ integræ.

Item dicere, & declarare debeatis ſi Archidiaconi, Abbates, Archipresbyteri, & Vicarij munera receperint iniuſtè, & indebitè iudicauerint per affectionem, ſeu paſſionem, vel ſi recipiunt vltra ius eis competens, vel excedunt formā in iure, & Synodalibus Conſtitutionibus ſtabilitam.

Item, & nūtiare debeatis, ſi ſcitis, quod aliquis Clericus, ſeu Laicus habeat aliquam domum hæreditatem, ſeu poſſeſſionem Eccleſiæ maragmarum, vel Beneficiorum, Cappellaniarum, Hoſpitalium, vel Heremitoriorum, ſeu Confraternitatum, vel Monaſteriorum, vel Montis Pietatis, vel alicuius loci pij alienati, occupati, ſeu ruperit limites, ſeu eos vendiderit abſque licentia Prælati. Vel ſi ſcitis quod tales domus non benè reparentur & vineæ benè colantur dictorum locorum piorum.

Item dicere, & annuntiare debeatis, ſi ſcitis, quod in populo ſit aliqua perſona laica, ſeu ſecularis, & alij, & quicunque viuentes in peccatis publicis, & præcipuè ſi ſcitis, quod aliqua perſona ſit hæretica, ſeu famam hæretici habeat, ſeu non benè loquitur de rebus noſtræ ſanctæ fidei ac Chriſtianæ religionis, vel ſi ſcitis, quod fecerit cōceſſerit,

vel

vel annuntiauerit facere aliquas cęremonias, vel ritus Iudaicos, seu Gentilicos, seu Mahumeticos, vel alios cuiuscunque infidelitatis, seu sectæ reprobatæ à sancta Ecclesia Romana.

Item si scitis aliquam personam magam, incantatricem, sortilegam, vaticinatricem, seu quod scit, & vtitur, vt dicitur, fare legature, gittari l'occhio, chiarmare la messa, vel faciendo cęremonias, vt dicitur, cum lo cribo, vt inueniat, & sciat ventura, & eijcientes sortem, vt dicitur, cum la carchochiola con l'orinale, con lo blanco di l'ouo, seu cum cera liquefacta, & alijs modis vaticiniorum, vel si scitis quod aliquis habeat aliquos libros coniurationis superstitionis hęresum, vel quod iure sint reprobati ab Ecclesia, vel portāt aliquas dominas cum breui, & caracteribus, quæ non intelligantur, scriptis super cartam virgineam in collo, seu in aliqua parte, venire, & publicare, & eosdem ferre debeatis, vt eos videamus, & examinemus, si sint boni, & catholici, seu non, vel quod aliquis pactum habeat tacitum, vel expressum cum dæmone & responsum ab illo expectet.

Item si aliqua persona facit vanam & diabolicam superstitionem cum sanguine humano, vt inueniret, vt dicitur trouaturi.

Item venire, & declarare debeant, qui scirent, quod aliqua persona, quæ commiserit sacrilegium atrociter contendens in Ecclesia, seu cimeterio, seu in aliquo loco sacro manus inijciens opprobriosè in aliquam personam ecclesiasticam seu prophanauerit tale cimiterium, seu locum sacrum in ipso congregationes faciens, seu concilium publicum, seu conuiuium edere in Ecclesia ludos, & demonstrationes comœdiarum indecentium, & prophanarum iure prohibitarum, vel si aliquis dormiendo, vel edendo, seu saltitando in Ecclesia pernoctauerit.

Item dicere, & declarare debeatis, si scitis, quod aliqui lusores, seu personæ publicè blasphemantes nomen Dei,

& sanctissimam Trinitatem Mariam virginem, & sanctos, seu diabolum sanctificaret, vel aliquis excommunicatus cum animo obstinato perseueraret in excommunicatione, ac absolui & satisfacere non curaret, vel quod aliqua persona Sacramentum confessionis, & communionis, saltem semel in anno non susceperit veluti sancta mater Ecclesia mandat, præcipuè in quadragesima.

Item declarare debeatis, si scitis, quod aliquæ Missæ trigenariæ, seu anniuersariæ non sint satisfactæ, & generaliter aliqua testamenta, seu legata operibus pijs defunctorum, quæ adhuc non sint completa: & mandamus omnibus notarijs, omnibusque alijs habentibus talia legata, codicilla, testamenta ferant, & præsentent coram nobis, vt videamus si sint integrè completa, & satisfacta, vt adimpleatur, & satisfiat, quod deerit. Et si aliquis impedierit aliquem suũ testamẽtũ facere pro exoneratione animę & cõscientię suę.

Item qui sciret aliquam personam facientem officium Lenæ publicę persuadentem mulieres honestas ad peccandum, vel habeat fœminas inhonestas ad turpe lucrum.

Item dicere & declarare debeatis, quis sciret quod, aliqua persona secularis solutus, seu soluta coniugatus, seu coniugata quod sit publicè concubinarius, vel concubinaria. Vel aliqui coniugati non agant vitam maritalem cum suis vxoribus, & vxores cum suis viris, vel separati sint. Et quis sciret, quod aliquæ personæ non receperint benedictionem in faciem Ecclesiæ, ac simul tamquam coniugatæ viuant. Et si sint aliqui coniugati consanguinei existentes intra quartum gradum consanguinitatis, siue affinitatis, seu cognationis spiritualis in eo, quod Ecclesia prohibet. Vel scit aliquod aliud legitimum impedimentum, quo in matrimonio perseuerare nequeant, videlicet si aliquis eorum fuerit coniugatus bis aut pluries, vxoribus viuis existentibus, vel contra: quod mulier haberet duos viros viuos existentes. Vel qui sciret, quod aliqui, seu aliæ personæ quæ Sa-

cramentum

cramentum matrimonij clandestine cõtraxerint per manus secularium antequam primò fierent tres debitæ monitiones publicè iuxta iuris canonici,ac sacri Concilij Tridentini dispositionem. Et quod presbyter seu aliis sacerdotes sine sua licentia eos coniugauerint.

Item denuntiare debeatis,quis sciret,quod aliqua persona manducasset carnes in die Veneris, vel Sabbathi, vigilijs quatuor temporibus,& quadragesimæ prohibitis à Sancta Romana Ecclesia, absque legitima licentia.

Item denunciare, & declarare debeatis,quis sciret fœneratores, & mali lucratores,ac personas fœnerantes,videlicet boues, vaccas, oues, & quæcunque alia animalia cum pacto,quod debitor soluturus sit tantum in anno, & insuper quod restituturus sit eundem numerum illorum animalium,quę ad censum acceperit. Vel quis sciret,quod aliquę personæ vendunt frumenta, & quamlibet aliam mercaturam in creditu, & vt dent in creditum, & aliquid temporis expectent, carius vendunt pretio facto numerata pecunia. Vel si quis sciret, quod aliqui traderẽt pecuniam ante, vt emant quamlibet rem antequam sibi assignata fuerit res, quam emunt,videntes,quod proximus sit in maxima necessitate, & quod vilipendet sua bona, vt tunc vilius emat. Vel si tradunt, seu ponunt pecuniam in potestate mercatorum ad lucrum dumtaxat, & non ad perditionem. Vel si aliquis mutuat pecuniam, seu aliud, & facit pactum tacitum, seu expressum, vt cum solueret aliquod vltra pretium daret. Vel si aliquis in pignus aliquam possessionem accipiat, & in fine restitutionis vsufructum possessionis recompensat pignoratę rei: Illo tempore quo fuit pignorata, Et si quis sciret de quolibet alio vitio, ac peccato publico.

Item si scitis quod aliquis Notarius aliquem contractũ fecerit fœnerationis, sciens, seu suspicans verisimiliter vel renouauerit contractus paliantes fœnerationum & turpia lucra.

Et

Et quia quod ſupradictum eſt legis diſpoſitione prohibitum, & eſt in contemptum Dei noſtri, & in magno animarum periculo ſcientium, & facere conſentientiū, & nobis tanquam veſtro Paſtori, ac catholico Prælato conuenit mederi in rebus ſupradictis, & euitare damna, & mala inde uenientia: propter hoc vos monemus, & hortamur, ac in virtute ſanctæ obedientiæ, necnon, & ſub pœna excom municationis maioris, mandamus quod infra dies nouem quos nobis tradimus, & aſſignamus pro tribus canonicis monitionibus quas legis diſpoſitio requirit, tres pro prima, tres pro ſecunda, & tres pro tertia, ac omnes pro vltimo, & peremptorio termino, vt denuntiarer reuelare, & declarare debeatis quod ſupradictorum, ſeu aliorum quorumcumque uitiorum, & peccatorum publicorum uobis eſt notū, nobis in domo ubi reſidemus. Nā uiſo eo quod reue labitis ac declarabitis prouideatur quod cōuenit ad Dei ſer uitiū & utile animarum, & conſcientiarū ueſtrarum. Et con trarium facientes iſtius noſtri mandati, ac in nihil habentes ſupradicta, dictoque termino elapſo habitis pro repetitis ſupradictis tribus canonicis monitionibus tamquam perſonæ contumaces' & rebelles & promulgamus contra uos, & contra quemcumque ueſtram ſententiam excommunicationis maioris ex nunc pro tunc uos excommunicamus in ſcriptis, ac omnibus confeſſarijs prohibemus, ne talem abſoluant, qui iniquè, quæ ſcient, dicere, & reuelare reliquerint quouſque, coram nobis reuelent, ſeu coram noſtro Vicario generali, uel Vicario foraneo terræ ubi fuerit, & confeſſarij eos interrogent in principio confeſſionis, ſi aliquid ſupradictorum ſciunt quia cum tales cōtumaces, & inobedientes ſint excommunicati, & reſeruauerimus abſolutiones talius excommunicationis nequeūt illos abſoluere in cuius teſtimonium dare mandamus, & dedimus hanc noſtram chartam ſubſcriptam noſtro nomine, & ex infra'cripto magiſtro Notario.

De

De vita, & honestate Clericorum.

Cap. I.



V I Sancta tangunt, vt sint Sacerdotes, & reliqui Ecclesiastici ministri sanctos oportet esse, & sine repræhensione, vt dicit Dominus per Prophetam: Sancti estote, qui fertis vasa Domini. Ideo omnes attendant, vt in repræhensibiles appareant.

Cap. II.

IN primis verò Clerici omnes continuo coronam, seu clericam apertam deferant in capite, prout vniuersa seruat Ecclesia sancta Romana, quæ est in signo militiæ spiritualis, & stigma Clericalis ordinis, quo à secularibus dignoscuntur, & segregantur, qui in hoc negligens reperietur, corrigatur, & cogatur eam deferre, & tarenis tribus mulctetur, & pauperibus erogentur.

Gl. verb. tõsura in Cle. 2. de vita & honest. C. duo sũt genera 12 q. 1. C. Clerici 2. & c. Clericis, & c. Clerici officia de vita & ho.

Cap. III.

CLericali etiam honestati cõuenit barbam non nutrire nec comam, & sine mustaceis (vt vulgariter dicitur) ~~non nutrire~~, vt sacri Canones ordinant, quod etiam eis iniungimus obseruare, & in hoc negligentes per Vicarios corrigantur, & puniantur tribus tarenis, & pauperibus dentur.

Vestes Clericorum.

Cap. IIII.

HAbitus etiam exterius honestus, & decens clericali ordini conuenit, vt morum animique modestiam extrinsecus etiam ostendant: ideo volumus, vt Clerici omnes præcipuè in sacris ordinibus constituti deferant suttanam talarem cum manteo de panno nigro, nec pretioso, nec vili, cum beretto nigro in capite, vt mos est, nullam vestem sericam deferant, nec rubei, vel viridi coloris. Contrauenientes vestem perdant.

C. Clerici officia de vita & honest. Clem. 2. de vit. & honest. Cõc. Tri. sessio. 24. cap. 6.

Cap. V.

NEc anulos portent, niſi ratione dignitatis, nec ſciſſuram in calceamentis, neque in veſtibus, nec camiſcias ad collum, vel manus lattucatas, ſeu criſpatas, hæc namq; ſecularia & profana ſunt, & animi imperfectionem demoſtrant, & qui contrauenerit, vt in eo puniatur, in quo deliquit, quod malè defert iuſtè perdat. Denique ei prohibemus omne illud, quòd honeſtatem ordinis offendit quinta pars pretij, ſeu valoris denuntiatori applicetur.

Clem. 1. de vit. & honeſt.

Cap. VI.

DVm iter agunt, liceat eis breuioribus veſtibus vti ſeruata debita honeſtate, & decentia.

Cap. VII.

PRæterea in verbis, & factis demoſtrent Clerici modeſtiam, & honeſtatem, & grauitatem, ita, vt reliqui eorũ exemplo ædificentur, & in bonis moribus confirmentur. In hoc verò delinquentes ſecundùm eceeſſus modum debitè puniatur, & qui ex eorum malo exemplo exſcandali zati fuerint, gaudeant in eorũ punitione & conuerſione.

Cap. VIII.

PRohibent etiam ſacri Canones, Clericos ad aleas vel taxillos, nec ad alios ludos profanos ludere, nec etiam ludentibus adeſſe. Contrauenientes moniti prius pro vna quaque vice vna vncia condemnentur, & quinta pars denuntiatori, detur reliquę pauperibus arbitrio noſtro, &, qui ter fuerit in hoc condemnatus, quia incorrigibilis eſt, carceribus emancipetur per menſem.

C. Clerici officia de vit. & hone. C. Epſ. 35 diſt. vbi eſt gl. not.

Cap. IX.

QVia arma Clericorum orationes ſunt, vt dicit Apoſtolus, arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia: ideo omnino prohibemus Clericos arma portare, nec offenſiua, nec defenſiua. Qui verò in hoc deliquerit, etiam ſi poſtea conuincatur, nec in fraganti delicto deprehendatur, dum tamen intra duos menſes accuſetur, arma perdat, & pauperibus

C. Clerici arma de vita & honeſt.

ribus

tribus eorum pretium detur denuntiatori, quinta pars concedatur. Itinerando verò liceat arma portare Clericis pro sua defensione, dũ tamen non sit archebusius, seu scopetta.

Cap. X.

NVllus Clericus de nocte gradiatur per vicos, vel plateas sine habitu decenti, nec cum armis, vel cytarizans, seu cantans. Qui contrauenerit arma perdat, & per decem dies carceretur. Si verò in habitu seculari, vel indecenti cum armis reperiatur à Iudice seculari, permittimus, vt possit illum ad nos vel ad Vicarium nostrum vbicunque reperiatur deducere, & ei arma concedimus de gratia, & vltra quatuor vncias soluat, quinta parte denunciatori concessa.

Cap. XI.

PRohibemus præterea, ne Clerici sint venatores, nec ad hoc canes, nec aues nutriant domi. Frequentantes uerò hoc exercitium, si moniti non destiterint, tribus uncijs condemnentur, & crescente incorrigibilitate, pœna condigna augeatur.

Cap. XII.

CLerici laruati, vel actus aliquos profanos exercentes; carceribus detineantur per decem dies, & augeatur pœna crescente excessu.

Cap. XIII.

VIx negotia sine peccato exerceri ualent, ideo prohibitum est personis Ecclesiasticis negotiari, nec quomodolibet mercantiam facere, & emere, ut carius uendant. Qui verò monitus non cessauerit, arbitrio nostro puniatur, donec abstineat. Nec quoquomodò arrendatarij sint, nam secundum Apostolum: Nemò militans Deo implicat se negotijs secularibus.

C. ex litteris de vita, & hone.

Ad Thitum c. 2.

Cap. XIIII.

CAueant præterea Clerici, ne in forensibus negotijs aduocati, nec procuratoris, nec solicitatoris officium gerant, nisi prò Ecclesiæ, vel miserabilium personarum necessitate

ſitate pro, vt à iure conceditur, habita prius à nobis licentia, nec etiam alia vilia, & indecentia officia exerceant, contrafacientes grauiter puniantur, & poſt primam monitionem in hoc delinquentes duas vncias ſoluent, & pauperibus diuidantur.

Clem. 1. de vit. & honeſt.

Cap. XV.

C. ad aures de ęſtate.

PRohibitum eſt etiam Clericis Chirurgicam artem exercere, vel tutelam vel curam minorum habere, etiam conſanguineorum ſine noſtra licentia.

Cap. XVI.

TEſtificari etiam in caſibus ciuilibus, prohibemus in ſecularibus tribunalibus, niſi quando aliter veritas probari non poteſt cum noſtra licentia, vel Vicarij loci, in criminalibus omnino inhibemus teſtimonium præbere.

Cap. XVII.

C. ſententiam ſanguinis ne Cler. vel Mon.

AB Eccleſiaſtico ordine omnino expelluntur Clerici ſententiam ſanguinis, vel mortis, vel membri abſciſſionem proferentes, vel conſulentes, vel arbitrantes.

Cap. XVIII.

TVrpiſſimum eſt, & inhoneſtum miniſtrum Dei fœminis miniſtrare, eas manu ducendo, vel aſſociando, vel equitando ducere, ſponſas etiam conſanguineas, nec in nuptiarum feſtiuitatibus adeſſe, vel quod deterius eſt, ibidē choros facere, vel ſaltare, vel cytarizare, vel canere. Qui verò in hoc deliquiſſe conſtiterit vncijs quatuor condemnetur, & per decem dies carceribus aſtringatur. Quinta verò pars pecuniariæ pœnæ denunciatori applicetur. Reliquæ operibus pijs arbitrio noſtro.

Cap. XIX.

CLerici in ſacris conſtituti funebrem, ſeu luctuoſum habitum non deferant, niſi pro patre, vel matre, vel auis, vel fratre, vel ſorore, & per ſex menſes tantùm, nec cappellum ſine berretto portent, nec gramayam, nec ſeruitoribus habitum luctuoſum præbeant, niſi in dictis

caſibus

casibus, aliâs vestes funebres perdant, & pauperibus tribuantur, quinta verò parte denunciatori relicta.

Cap. XX.

TVrpes repræsentationes comœdiarum multùm incitãt ad peccandum. Ideò Clerici ab earum spectaculo abstineant, nec minus in eis ipsi repræsentent in Ecclesijs, vel extra, aliâs condignè puniantur. *C. cũ decorem de vit. et ho.*

Cap. XXI.

CLerici non intrent tabernas, nisi itinerando ob necessitatem, & hospitia inhonesta fugiant, & caueant à crapula, & ebrietate, & profanis conuersationibus. *C. Epis 35 dis. c. a crapul. de vit. et bo. & c. Clerici officia ibidẽ.*

Cap. XXII.

IN decorum, & in ciuile videtur Clericos aduenientes ad locum vbi Episcopus reperitur, & illum non visitare, & rationem sui itineris non manifestare, & discedentes non salutare, & qui in hoc negligens fuerit meritò reprehendatur.

Cap. XXIII.

QVantùm displiceat diuinæ maiestati Sacerdotum, & aliorum ministrorum altaris concubinatus, ac inhonestatis crimen, manifestè demonstrant verba Domini per Prophetam dicentis: Sacrificium non recipiam de manibus vestris, quia polluti estis, & sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem. Ideò sequentes id quod est dispositum per sanctum Concilium Tridentinũ, quod nec Clerici cuiuscumque dignitatis, vel qualitatis sint concubinas habeant, nec alias fœminas in domo, vel extra, de quibus aliquid inhonestum suspicari valeat. Qui verò conuinctus fuerit de crimine manifestè, carceris pœnam substineat per mensem, & octo vncijs condemnetur, & arbitrio nostro pijs operibus applicentur, quinta parte denunciatori reseruata. *Bulla 16. Leon. 10. & Bulla 6. Pij. V. C. oportet 81. dist. Cõc. Tri. sessio. 25. c. 14. de ref. c. stantẽ, & c. si quis, & c. tua nos de vit. & honest.*

Si verò correctus, & admonitus dicta pœna, non se emendauerit tertia parte fructuum suorum beneficiorum, *Sessio. 25. cap. 14.*

K 2 & pensio-

& penſionum priuetur, & noſtro arbitrio applicetur.

Et ſi iterum conuincatur cum eadem, vel alia fœmina peccatum reiteraſſe, fructus omnes ſuorum beneficiorum, & penſionum amittat, & ab officio, & beneficio ſuſpendatur per duos menſes.

At verò ſi ſe non emendauerit (cum incorrigibilis meritò iudicari poſſit) priuetur beneficijs, & penſionibus, & inhabilis maneat ad beneficia, & Eccleſiaſticas dignitates, donec ob manifeſtam, & indubitatam emendam diſpenſationem meruerit.

Seſſio.25 cap..14

Quod ſi Clericus ita delinquens beneficia non habuerit, conſiderata qualitate delicti carceribus, & pecuniarijs pœnis, & ſuſpenſione ab officio, & inhabilitatione ad beneficia obtinenda ſecundum noſtrum arbitriū grauiter puniatur.

Quod ſi verò talis incorrigibilis poſt trinam monitionē, & correctionem non ſe emendauerit, excommunicationis ſententia feriendus erit, donec reſipiſcat.

Cap. XXIIII.

C. fin. de coha. Cle. & Conc. Later. ſeſſio. 11. ſub Leone 10.

CLericus, qui in domo propria habuerit fœminam coniugatam, vel liberam, vel ſeruam, de qua ſit ſcandalum, & ſuſpitio inhoneſtatis, & monitus, vt eam expellat, ſi hoc neglexerit, habeatur pro publico concubinario, & vt talis puniatur pœna iniunctionis ſibi factæ.

Cap. XXV.

C. Monaſteria de vita, & honeſt.

CLerici frequentantes Monaſteria fœminarum excommunicentur, ſi Canonicè moniti perſeuerant. Et prohibemus omnino, ne ſine licentia noſtra, vel Vicarij noſtri foranei poſſint loqui monialibus, excepto cum matre, ſorore, & conſanguineis, intra ſecundum gradum: & hoc moderatè, & rarò.

Cap. XXVI.

Cōc. Lat. ſub Leone 10. ſeſſione 11.

PRohibemus etiam, ne vllus Clericus ſit præſens, dum eius filius ſpurius baptizatur, vel ſponſatur.

Prohibemus

Cap. XXVII.

PRohibemus præterea, ne Clerici sint fideiussores pro aliquo, tàm in causa ciuili, quàm criminali: solet enim semper non modicum disturbium hoc personis Ecclesiasticis afferre. Contrafaciens tribus vncijs condemnetur, & fabricæ Ecclesiæ parochiali applicentur, & denuntiatori quinta pars concedatur.

Cap. XXVIII.

CAueant Clerici omnino, ne fraudulenter velint pro secularibus aliquid emere, vt illos liberent à solutione gabellarum, nam hoc iniustum est, & ad restituendum gabellam ipsi tenentur. Et quia graues querimoniæ ex hoc fiunt à laicis, Clericus, qui in hoc deliquisse conuincatur, carceribus per mensem emancipetur, & soluere damnum fraudis compellatur.

Cap. XXIX.

QVi manifestus concubinarius, vel publicus peccator scandalosus extiterit, celebrare Missam non permittatur, nec quis eam audire audeat. *C. nullus, & c. præter 32. distin.*

Cap. XXX.

SAcerdotum filij illegitimi non admittantur in Missis parentum ministrare, nec honestum est illos domi habere, nec illos associare, turpitudinem patris præseferunt. & scandalum præbent omnibus. Si monitus non se emendauerit arbitrio nostro punietur.

Cap. XXXI.

CAueant præterea Clerici in Missis nouis aliquid inhonestum, vel statui suo indecorum committere, nec saltare, vel choreas facere, vel sonare, vel quid turpe, vel seculare canere. Qui in hoc deliquerit, grauiter secundùm qualitatem excessus puniatur.

Cap. XXXII.

PRohibemus etiam in dictis Missis primis, seu nouis, ne aliquid importunè exigant, etiam à consanguineis.

Clerici

Cap. XXXIII.

CLerici, qui Eccleſiaſticæ modeſtiæ obliti laicos iniurijs, & conuitijs, & opprobrijs, vel factis offendunt, ad rixas eos prouocantes grauiter puniantur ſecundùm qualitatem delicti.

Cap. XXXIIII.

CLerici etiam itinerando capello alto (laicorum more) non vtantur.

Cap. XXXV.

NOnnulli mali iudices iuſtitiam ſubuertentes delicta componunt, & per nonnullos malos Clericos compoſitiones faciunt, vt ſecurius illas faciant, ideo ordinamus, vt ſi Clericus de hoc crimine fuerit conuinctus decē vncias ſoluere compellatur operibus pijs, & ab officio ſuſpendatur per menſem, quinta pars pœnæ denuntiatori applicetur.

De Decimis, & Primitijs.

Cap. I.

C. conuertimini. 16. q. 1. cum ſeq. Cōc. Tri. ſeſſio. 25. cap. 12. de reſor. C. 1. de Decimis lib. 6. vbi gl. vert. alibi. Cōc Tri. ſeſſ. 21. c. 4. de reſor.



DEvs omnipotens omnium rerum creator ſibi iuſſit Decimas, & Primitias ſolui, vt miniſtri ſui inde poſſint ſubſtentari, & in ſignum, quod ipſe, & creator, & conſeruator omnium ſit. Ideò qui conſuetas Decimas, & Primitias ſoluere renuerit ter monitus excommunicetur.

Cap. II.

VBi conſuetudo (quæ potius corruptela dicenda eſt) reperiatur, vt nec Primitias, nec Decimas ſoluant Sacerdotibus Sacramenta miniſtrantibus, cum congrua illorū ſubſtentatio in præſcriptibilis videatur, moneantur per Prædicatores, & Confeſſarios, & Curatos, vt congruam ſubſtentationem præbeant; aliâs eis Sacramenta ſubtrahantur, & per cenſuras compellantur.

Exactores

Cap. III.

EXactores Decimarum monemus, vt cum modestia, & sine scandalo eas petant, quod si moniti non soluerint, sine aliqua iusta causa, remedijs à iure ordinatis soluere cogentur.

De Testamentis, & illorum executoribus.

Cap. I.

MONEANTVR infirmi per Archipresbyterum. vel Confessarium, maximè quando de morte timetur, vt testamentum faciant, & de bonis suis disponant prudenter, & conscientiā mundent per satisfactionem, si ad eam tenentur, & peccata redimant eleemosynis, & operibus pijs.

Cap. II.

DEtestandum peccatum impietate plenum censemus, directè vel indirectè impedire, ne aliquis testamentum faciat: quod omnino prohibemus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Cap. III.

IVstum, & honestum est vltimam voluntatem morientium liberam esse, tam circa hæredem instituendum, & legata facienda, quàm sepulturam eligendam: ideo prohibemus, ne quis persuadere conetur testatorem per malos modos mutare voluntatem, quam semel ostendit, siue notarius sit, siue alius quicumque.

C. ultima voluntas 13. q. 2.

Cap. IIII.

NOnnulli Confessarij per varios modos importunè, & & fraudulenter oprimunt infirmos, vt sibi, vel Ecclesijs, vel Monasterijs suis bona sua, vel legatum, vel eleemosynas pro Missis dicendis relinquant, & per importunitatē impetrant, quod volunt contra liberam voluntatem testantium,

tium, qui in hoc deliquerit priuetur facultate confessiones audiendi in nostra Diœcesi. Monere tamen poterunt generaliter infirmos pro exoneratione suarum animarum opera pia facere, prout eis videbitur.

Cap. V.

C. 3. c. cũ hæredes de test. Cõc. Tri. sessio. 22 c. 6. et 8. de ref.

COmpellantur soluere debita pro anniuersarijs, vel pijs memorijs defunctorum, vel pro festiuitate alicuius Sancti, vel pro quocumque pio opere, etiam si nulla scriptura reperiatur, dum tamen sint in iure percipiendi cum in hijs quasi possessio sufficiat.

Cap. VI.

SI quis intestatus discesserit, eius hæredes in bonis suis succedentes moneantur, vt velint aliqua opera pia facere pro illius anima, considerata quantitate bonorum relictorum, aliâs compellãtur consuetas eleemosynas reddere pro sepultura, & officio funerandi.

Cap. VII.

STatim quod quis moriatur Archipresbyteri, & alij Beneficiati, Curati teneantur inquirere, & videre testamentum defuncti, & intelligere eius voluntatem, & vbi velit sepeliri. Et si quæ sunt legata pia, & teneantur infra octo dies recipere copiam legatorum piorum relictorum, in forma publica, & eam tradere Vicario nostro, vt curet exequi voluntatem testatoris, monendo hæredes, & testamentarios, super quo eorum conscientias oneramus.

Cap. VIII.

SI verò Vicarius postquam receperit dictam fidem legatorum piorum, siue pro maritandis, vel monachandis horfanis, pauperibus, vel construenda capella, vel aliquo loco pio, vel pro Missis dicẽdis, intra mensem ad nos transmittere omiserit, vt possimus, prout conuenit, prouidere, ab officio Vicariatus suspendatur per sex menses.

Cap. IX.

INsuper etiam ordinamus, vt notarij testamentorum requisiti

requisiti ab Archipresbytero, vel Vicario, teneantur intra octo dies (publicato testamento) tradere copiam legatorum piorum omnium, & malè ablatorum, cum die, mense, & anno, cum nominibus hæredum, & executorum sub pœna quatuor unciarum, copia verò fiat expensis hæredum.

Cap. X.

NOn adimplentes oblationes, & pia legata fidelium defunctorum, Sacri Canones tamquam infideles iubent Ecclesiæ ingressu priuari, & tamquam animarum necatores excommunicari. Ideo ordinamus, vt si moniti noluerint hæredes, vel fidei commissarij adimplere malitiosè pia legata (vt tenentur) ab ingressu Ecclesiæ excludantur, & si exclusi per mensem non adimpleuerint, in scriptis fiat iniunctio sub excommunicationis pœna, vt intra sexaginta dies pro tribus terminis, & monitionibus, & vno peremptorio termino compleant, quibus finitis si non satisfecerint, vel iustam, & rationabilem causam ostenderint, declarentur excommunicati, vt ab omnibus euitentur.

C. qui oblationes. 13. q. 2. cum seq. c. propter hoc 32. dist. C. in canonibus 16 q. 1.

Cap. XI.

SI testamentarij, vel hæredes, vel fidei commissarij, vel executores, vel legatarij per annum negligentes fuerint adimplere pia legata, priuantur potestate exequendi, & ad nos transit, prout iura disponunt.

C. 3. & c. hæredes de test.

Cap. XII.

QVia nonnulli Confratres, & alij cœperunt inuitis testatoribus ex illorum bonis aliquid post mortem recipere, scilicet, cappam vel mantum, vel quid aliud, & cum scandalo, & impietate denegare sepulturam defuncto; donec quod petunt habeant, quod fieri sub excommunicationis pœna prohibemus.

De Sepulturis, & funeralibus, & de quarta Canonica.

Cap. I.



VPrimus, vt in vnaquaque parochiali Ecclesia intra ipsam, vel cimiterium, sit locus destinatus ad sepeliendum pauperes sine aliqua elemosyna.

Cap. II.

PRohibemus omnino, ne Archipresbyteri, nec Vicarij, nec alius quicumque possit concedere locum in Ecclesijs ad sepulturam perpetuam sine nostra licentia, sub pœna vnciarum quatuor, & concessio sit inualida.

Cap. III.

C. non satis de Syno. c. abolenda. de sepul. c. quæst. cũ seq. 13. q. 2.

PAcisci pro sepultura nullo modo licet. Qui verò in hoc deprehensus fuerit instar Simoniaci puniatur. Si verò aliquid sponte oblatum fuerit fabricæ Ecclesiæ applicetur.

Cap. IIII.

Bulla 6. Pij V.

TVmulus marmoreus, vel lapideus in Ecclesijs non permittatur, & qui facti sunt tollantur, ita quod nullum impedimentum præbeant. Lignei verò tumuli supra sepulturam solummodo permittantur die funeris nouenarij, vel anniuersarij, & corpora quæ sunt in deposito sepeliantur intra mensem, aliâs mittantur in fossas communes.

Cap. V.

QVi in posterum sepulturam propriam voluerit in Ecclesia necesse habet ad nos recurrere, & consideratis diligenter bonis operibus factis, vel in futurum faciendis per eum dictæ Ecclesiæ eius voluntati per nos humaniter satisfiet.

Corpus

Cap. VI.

CORpus defuncti in vna Ecclesia sepulti exhumari, & ad aliam Ecclesiam transferre sine nostra licentia, vel Vicarij generalis non permittatur.

Cap. VII.

SI quem Archipresbyteri, vel Curatus verè pauperem iudicauerit, gratis sine aliqua eleemosyna sepeliant (vt charitas, & pietas postulat) & si quid ex eleemosyna receptum sit, non diuidatur inter Clericos, sed pro suffragijs, & pijs operibus pro mortuo dispensetur.

Cap. VIII.

PRohibet, ius ne Clerici, vel religiosi morientem suadeāt pro sepultura eligenda, nec cum eo paciscantur, sed illius arbitrio libero relinquatur, vbi velit sepeliri, suadentes verò, vt iuret in sua Ecclesia eligere sepulturam, vel promittat non mutaturum, incidunt etiam. *C. 1. de sep. lib. 6.*

Cap. IX.

SI verò quis sepulturam elegerit alibi, quam in parochiali Ecclesia vbi Sacramenta ecclesiastica, dum vixerit, recepit, non priuetur quarta parochiali Ecclesia, nisi consuetudo sit in contrarium. *C. 2. de sep. lib. 6.*

Cap. X.

SI extraneus infirmetur ab ea Ecclesia Sacramenta recipiat, in qua sita est domus habitationis: eodemque modo seruientes recipiant à parochia dominorum, qui si contigerit mori à Clericis eiusdem Ecclesiæ sepeliatur.

Cap. XI.

SI quis infirmari in aliena parochia contigerit, licebit proprio Parocho (habita prius licentia Sacerdotis Curati illius Ecclesiæ) Sacramenta ministrare, & si moriatur, ecclesiasticæ sepulturæ tradere.

Cap. XII.

c. penul. de ſepul. lib. 6.

FIlius familias poſt annum quartumdecimum poteſt liberè ſibi eligere ſepulturam inuitis parentibus.

Cap. XIII.

c. quæſt. 13. q. 1.

PRohibent iura Canonica pacta, & conuentiones rerum temporalium pro adminiſtrandis Sacramentis, & rebus ſpiritualibus, & eiſdem annexis. Ideo omnes abſtineant à pactionibus, pro Miſſis, & diuinis officijs, & funeralibus. Si tamen viget laudabilis conſuetudo, vt aliqua eleemoſyna tribuatur, pro ſubſtentatione miniſtrorum Eccleſiæ, pro dictis rebus adminiſtrandis, eis peractis, cum modeſtia, & charitate permittunt eam recipere, & petere; & denegantes indebitè poſſunt compelli ſoluere.

Cap. XIIII.

MOrtuo aliquo, ter ſignum fiat campana (vt ſeruat conſuetudo) ſi maſculus fuerit, ſi fœmina bis tantum, & totidem ſigna fiant cum corpus deferunt ad ſepeliendum, & quando Miſſa celebranda eſt pro defuncto, tria etiam ſolummodo ſigna fiant, veluti in anniuerſario.

Cap. XV.

QVando, qui moritur, eſt in puerili ætate; officium fiat ſecundùm conſuetum Eccleſiæ ordinem.

Cap. XVI.

ARchipresbyter cum reliquis Capellanis, & Clericis, & Sacriſta, cum ſuperpellicijs conueniant cum Cruce conſueta ad locum, vbi eſt defunctus, cum aqua benedicta, & ſuper illum dicant vnum reſponſum, cum orationibus conuenientibus, canentes omnes Pſalmum De profundis, vel Pſal. Ad te leuaui, vel Litaniam in via cum deuotione.

Cap. XVII.

DVm defuncti corpus ad ſepeliendum defertur, nullã in via faciant moram, nec reſponſum, niſi forte de-

functus sic fieri ordinauerit, aliquam eleemosynam relinquens.

Cap. XVIII.

QVando defunctus, nouennarium, vel anniuersarium reliquerit, & ordinauerit fieri pro anima sua, vel pro fidelibus defunctis, vel festum in honorem alicuius Sancti, tum eius piæ deuotioni satisfiat recepta eleemosyna ab eo ordinata.

Cap. XIX.

ORdinamus, vt vigilia nouem lectionum non dicatur, quando mortuus sepelitur, nisi pro persona de familia Regia, vel Prçlato, vel persona in magna dignitate constituta. Si verò quis hoc in suo testamento ordinauerit in alia die dicatur talis vigilia.

Cap. XX.

NOnnulli in die obitus, vel anniuersario, vel nouennario ad sepulchrum deferunt frumentum, vinum, & aliqua animalia ad ostentationem, & postea modico pretio redimere volunt. Ideo volumus, vt, quæ Deo semel oblata sunt non redimãtur, sed pro eleemosyna maneant, & diuidantur, vt est consuetum.

Cap. XXI.

NOn induantur sacris vestibus diaconus, & subdiaconus, nisi Sacerdos sepeliatur, & hoc quando statim Missa celebrari possit.

Cap. XXII.

SI quis in loco à ciuitate remoto moratur, Clerici cum Cruce non exeant portam Terræ, sed ibidem expectent, donec corpus ab alijs portetur.

Cap. XXIII.

ARchipresbyteri in locis marinis præcipuè curam habeant, quando extraneus illic moriatur, vt debitè sepelliatur, & per notarium loci omnia bona eius fideliter

scribantur,

ſcribantur, & conſeruentur hæredibus, facta tamen neceſſaria expēſa pro ſepultura, & funeralibus pro anima defuncti ſecundum quantitatem bonorum.

Cap. XXIIII.

IN vnaquaque Eccleſia parochiali, vbi commodè fieri poſſit ordinamus, vt in cimiterio ſub terra fiat locus ſpatioſus cum damuſo, vbi oſſa fidelium, quæ ex ſepulturis extrahuntur ordinatim reponantur.

Cap. XXV.

Repuratrici cioè nel Gior. di Venezia Tomo 16. pag: 199. e nell'Indice verso Repuratrici. =

ABuſum iniquum quarundam mulierum (quas vulgus Repitatrices vocat) fictè mortuos plangentes, à noſtra Diœceſi expellere cupientes, ordinamus, vt ſi de hoc delicto fuerit aliqua conuicta, ſi vilis perſona ſit, & propter pretium hoc facit, quatuor vntijs condemnetur, pro prima vice, pro ſecunda exulet à loco per ſex menſes: pro tertia, publicè flagelletur, & à loco exulet perpetuo. Si verò perſona fuerit nobilis decem vncias ſoluat pro qualibet vice, & pauperibus diuidatur, & quinta pars denunciatori detur.

Cap. XXVI.

C. præcipiendum. 13. q. 2.

PRope Altare, vbi Miſſa celebratur, nullus ſepeliatur.

Cap. XXVII.

NVlla foſſa de nouo fiat ad ſepelliendum mortuos in noſtra Eccleſia Cathedrali ſine noſtra expreſſa licentia, ſed in cimiterijs poterit locus concedi ad hoc.

Cap. XXVIII.

INſuper prohibemus, ne Capitulum Eccleſiæ noſtræ, nec Archipresbyteri, nec Curati corpus aliquod humanum in Eccleſijs loco depoſiti admittant ſuper terram, vltra vnum menſem ex cauſa iuſta, adhoc vt transferatur ad locum proprium, vbi ſepeliri debet, aliâs illud ſub terra ſepeliri faciant finito menſe, ſub pœna diſpenſationis ab officio.

Saeri

Cap. XXIX.

SAcri Canones ex legatis pijs quantum tribuunt Episcopis, quod in nostra Diœcesi obseruatur, volumus, vt omnes nostro nomini eam recuperantes sint diligentes, ne per negligentiam eam dimittant. Eodem modo faciant in recuperandis censibus nomine Ecclesiæ contingentibus.

Da Quæstoribus, & Heremitis.

Cap. I.

VIcarii, & Archipresbyteri, & reliqui Beneficiati curam animarum habentes, nullo modo admittant quæstores, vel quoscumque eleemosynas quærentes in suis parochijs sine licentia nostra in scriptis, quæ gratis detur.

Cap. II.

EOdem modo petentes eleemosynas pro redimendis captiuis repellantur, si licentiam non ostenderit, ne fortè fraus contingere posset.

Cap. III.

IN vnaquaque parrochia vnus eligatur, qui ad portam Ecclesię eleemosynam petat diebus festiuis pro luminaribus sanctissimi Sacramenti.

Cap. IIII.

ELigatur etiam vnus, vel plures ab Archipresbytero vel Beneficiato Cürato, qui quærāt eleemosynam pro subueniendo pauperibus, qui verecundantur eam petere, & fideliter diuidatur inter eos, qui sunt propriæ parochiæ.

Cap. V.

NVllus Heremita permittatur in nostra Diœcesi in quacumque Ecclesia, qui habitum heremiticum deferat.

nisi

niſi prius per nos examinetur, & licētiam habeat certis diebus eleemoſynam petendi, aliâs decem diebus carceretur.

Cap. VI.

HEremita verò ſub inuentario recipiat res ſuæ Eccleſiæ, eaſque diligenter cuſtodiat, nullam fœminam intrare permittat cellulam ſuam, aliâs ſi in hoc, vel alio delicto culpabilis in viſitatione apparuerit, punietur.

TERTIA

TERTIA PARS

De Ecclesiis Parochialibus, & pijs locis.

Cap. I.



PROHIBENT sacri Canones, ne Ecclesia de nouo fundetur, nec Heremitorium, nec Monasterium sine licentia Prælati; idque etiam obseruari mandamus, & aduertant Vicarij, & Archipresbyteri, ne id permittant, sed statim nos certiores faciant.

Côc. Tri. sessio. 25. cap. 3.

Cap. II.

NVllo etiam modo Altaria erigantur, nec Cappellæ fiant, nisi nobis prius constiterit de congrua, & decenti dotatione; & in scriptis à nobis licentia concedatur.

C. nullus presbyter de cõs. distin. 1.

Cap. III.

MOnet etiam sancta Ecclesia omnes ad suam propriam Parochiam concurrere ad diuina officia, & ad verbum Dei audiendum, diebus Dominicis, & festiuis, vt ibidem à proprio Parocho audiat, quid eũ oporteat facere.

Côc. Tri. sessio. 22. & 24. c. 4. & 13. C. si quis etiam de cõs. dist. 2 C. vt Dominicis & parochijs.

Cap. IIII.

SI quis in cõtemptum sui Parochi ad alienam Parochiã, vel Ecclesiam, ad diuina officia audienda fugerit, tanquam ouis errans (constito de inobedientia) expellatur, vt verecundia tactus resipiscat, & pœniteat, & ad obedientiã redeat, aliâs ab officio cesset, donec exeat ab Ecclesia.

Cap. V.

OMnes Ecclesiæ Parochiales habeant proprios limites, vt vnusquisque proprias oues cognoscat, &

Côc. Tri. sessio. 22. & 24. c. super eo & paroch.

 Parochiani

Parochiani Sacramenta recipiant à propria Parochia.

Cap. VI.

IN Eccleſia Parochiali vbi vnus Beneficiatus reperitur, ordinamus, vt in omnibus diebus Dominicis, & feſtiuitatibus ſollemnibus, Miſſam celebret pro populo, ſub pœna duorum tarenorum: in ferijs verò per hebdomadam bis ad minus celebret: at verò in dictis feſtiuitatibus primas, & ſecundas veſperas cantet voce alta, in reliquis verò diebus ſubmiſſa voce.

Cap. VII.

VBi verò duo, vel plures beneficiati Sacramenta miniſtrantes reperiantur in Eccleſia aliqua Parochiali teneantur in Dominicis diebus, & feſtiuis Miſſam voce alta dicere, & primas, & ſecundas veſperas, & primam, & tertiam, & in alijs diebus ferialibus, mane vnus dicat Miſſam, vt laborantes poſſint eam audire; alius verò pro populo celebret hora tertia. Qui verò in hoc deliquerit tres tarenos ſoluat pro vna quaque vice fabricæ propriæ Eccleſiæ.

Cap. VIII.

MAndamus prætereа, vt Beneficiati celebrent ſolemniter matutinum in nocte Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Epiphaniæ, & feriæ quartæ, & quintæ, & ſextæ in hebdomada ſancta, & Paſchæ reſurrectionis Dominicæ, & Penthecoſtes, & Corporis Chriſti, & Aſſumptionis, & Natiuitatis beatæ Mariæ virginis, & omnium ſanctorũ, & beatorum Petri, & Pauli, & Patroni, ſeu Aduocationis Eccleſiæ, & aliorum Sanctorum, vbi conſuetudo reperiatur, qui negligentes fuerint pro vnaquaque vice reſtituant Eccleſiæ tres tarenos.

Cap. IX.

DEuotio, attentio, & ſilentium, ac honeſtas, & ordo ſeruetur in choro, & proceſſionibus, & confabulationes omnino euitentur. Archipresbyter, vel qui aliâs de iure, vel conſuetudine præeſt, delinquentem moneat, & qui in hoc

non obedient Archipresbytero, vel Præsidenti, vel circa dicere Epistolam, vel Euangelium, vel Missam, vel aliquod ad seruitium Ecclesiæ pertinens, tribus tarenis puniatur, & & exequatur per Vicarium; & si excessus fuerit notabilis grauius arbitrariè puniatur, & pœna pecuniaria fabricæ applicetur. Et quando Vicarius exequi omiserit pœnã statim sine iusta causa quadruplum ipse soluere compellatur.

Cap. X.

SIt præterea in vnaquaque Ecclesia vbi Clericorum multitudo concurret, vnus cæremoniarum magister, qui diligenter attendat, vt cuncta fiant quæ ad diuinum cultum pertinent, ea reuerentia, & disciplina Ecclesiastica, vt in omnibus Deus glorificetur, & videntes ædificentur.

Cap. XI.

NEmo verò per totam nostram Diœcesim, de his qui de nouo fiunt Sacerdotes ad Missas celebrandas admittatur, sine diligenti examine à nobis, vel per nos faciendo, circa cærimonias Missæ, & licentia in scriptis gratis à nobis, vel à nostro generali Vicario concessa.

Cap. XII.

PRohibemus omnino, ne in Ecclesijs fiant congregationes, seu consilia secularium ad tractanda negotia, vbi contentiones, iurgia, & multa alia indecentia ad reuerentiam, quę sacro loco debetur, sæpe committuntur facientes domum Dei domum negotiationum. Et si moniti non destiterint ab huiusmodi insolentijs, excommunicentur. *C. decet domũ Domini de immunitat. Eccl. lib. 6.*

Cap. XIII.

EOdem modo prohibemus, ne in sacris locis, vt sunt cymiteria, & Ecclesiæ, fiãt nundinæ, seu feriæ, nec ludi, nec cõtractus, sub pœna sex vnciarũ fabricę Ecclesię applicãdarum, & si moniti secũdò & tertiò restiterint, excõmunicanẽ.

Cap. XIIII.

INsuper prohibemus, vt in Ecclesijs, & alijs pijs locis, vel Cappellis nullus ex proposito pernoctare

permittatur, magna enim est irreuerentia.

Cap. XV.

Aqua benedicta.

ARchipresbyteri, & reliqui Cappellani, Curati faciant lauare fontes aquæ benedictæ in diebus Sabathi, & benedicant aquam summo mane die Dominico, & aqua, quæ antea erat non dispergatur per pauimentum Ecclesiæ, quia est benedicta, sed in sacrarium mittatur.

Cap. XVI.

INdecens est res sacras ad domos secularium ab Ecclesia asportare, ornamenta, vel vestimenta, nec toualias, nec pallas, nisi causa lauandi, sub excommunicationis pœna: sed in Ecclesijs conseruentur.

Cap. XVII.

COrporalia lauentur quando opus fuerit, per Sacerdotes, vel Clericos, in maioribus ordinibus (scilicet sacris) constitutos, in vase nouo, quod non seruiat ad alium vsum, & prima aqua, & secunda proijciatur in sacrarium.

Cap. XVIII.

SI corporalia adeo sunt maculata, vt deformitatē secum afferant, nec possunt mundari, amplius non seruiant, sed comburantur, & cineres in sacrarium mittantur.

Cap. XIX.

NOlumus, vt de cętero corporalia fiant (lamidata vt vulgus dicit), sed de sindone munda fiant. Nam si maculantur nequeunt congruenter mundari.

Cap. XX.

PRohibemus prætere a, ne in Dominicis Quadragesimæ fiant repræsentationes in Ecclesijs, quæ potius solent scandala, & risum causare, quam deuotionem, & Vicarius foraneus, & Archipresbyter non permittant illas facere sine nostra licentia.

Cap. XXI.

ORdinamus prætere a, ne Ecclesiæ seculares, vel Beneficia, vel cappellaniæ, nec aliquod seruimentum beneficiorum,

ficiorum, vel Ecclesiarum in titulum, vel comendam dentur religiosis, hoc nanque iura prohibent, & ratio postulat.

Cap. XXII.

ARchipresbyteri, & reliqui, qui curam Ecclesiarum habent, diligenter attendant reparationibus illarum, ne per negligentiam corruant ædificia.

Cap. XXIII.

PAtroni etiam Cappellarum, vel Ecclesiarum compellantur ædificare, & substentare Cappellas, aliâs denegetur eis ius sepelliendi.

Cap. XXIIII.

PRohibemus etiam, ne quis Clericus, vel secularis, ad portam Ecclesiarum maneat diebus festiuis, dum ingrediuntur, & egrediuntur fœminę, & monitus semel si se nō emendauerit, carceretur per sex dies.

Cap. XXV.

PRope Ecclesias Parochiales in loco commodo possunt pueri instrui, & doceri, vt in Missis deseruire possint, & ediscant, quæ ad Dei cultum pertinent.

Cap. XXVI.

ORatorium quilibet fidelium habere potest in domo sua vbi possit orare, at verò non licet ibidem celebrare sine expressa licentia nostra, seruata ordinatione sancti Concilij, vt supra dictum est. *C. vnicuique de cōse. dist. 1. & c. clericos ibidem.*

Cap. XXVII.

SVper altaria vbi non sunt reliquiæ sanctorum non celebretur hoc, namque sacri Canones prohibent. *C. sicut de cōs. dist. 1.*

Cap. XXVIII.

STratum, seu scabella lignea ad supersedendum nullo modo in Ecclesijs permittantur, & si de facto aliquis miserit sub excommunicationis pœna illa extrahat illico. Cōsueta verò sedilia pro capitaneis armorū nō excludim⁹. *Prædicationes noctu.*

Cap. XXIX.

ITem ordinamus, vt prædicationes non fiant noctu etiā

in nocte

in nocte quintæ feriæ hebdomadæ sanctæ quando Passio Domini nostri Iesu Christi solet prædicari, sed summo mane sextæ feriȩ. Et in hoc aduertāt Archipresbyteri in sua Ecclesia, & Vicarius noster foraneus impediat fieri hoc in monasterijs manendo religiosos, aliâs sub excommunicationis pœna prohibeat, nec populus ad suam Ecclesiam accedat.

Cap. XXX.

Cōc. Trid. sessio. 21. de ref. c. 7

MOneantur Beneficiati, & patroni, vt reficiant Ecclesias, Cappellas, vel quæcunque Oratoria, in Ciuitatibus, vel extra si dirupta sunt, vel ruinam minantes, aliâs si nequeunt reparari, in matrices, vel viciniores Ecclesias, cum iuribus eisdem pertinentibus transferemus; veteres verò, in vsus profanos non tamen sordidos conuertentes posito signo Crucis, & ligna nō cōcedant ad opus profanū.

C. ligna & cōs. dist. 1

Cap. XXXI.

C placuit de cōs. distin. 1.

ECclesias erigendi in campis, nunquā licentia concedatur, nàm cum non sit, qui religiosè illas custodiat, multa mala, & profana in Dei offensam committuntur, & quæ iam constructè sunt claudantur muro, vel destruantur.

Cap. XXXII.

PRohibemus omnino sub pœna excommunicationis, ne milites, vel alij quicunque audeant in Ecclesijs pernoctare, & eandem sententiam incurrant, illi, qui ausu temerario dictos milites in Ecclesijs hospitari audent.

De immunitate Ecclesiastica.

Cap. I.

C. si quis suadente 17. q. 4. C. nondubium de sen. exco.



RAVISSIMVM peccatum est, Ecclesiasticas, & Religiosas personas iniuriosè offendere de quibus dictū est: Nolite tangere Christos meos. Ideo sacri Canones excommunicatione maiori percutiunt ipso facto manus violentas imponentes, cuius absolutio sanctæ sedi Apostolicæ reseruatur.

Sancti

Cap. II.

SAncti Canones, & Ecclesiæ Principes Clericis multa priuilegia, & immunitates, ac exemptiones concessere, & immunes eos fecere à tributis, & gabellis, ac collectis secularibus, vt liberius Deo seruiant, & pro peccatis populorum intercedant.

Cap. III.

NOuam gabellam, vel impositionem, seu collectam, nemo imponere potest Clericis, nec super Ecclesiasticis fructibus, nec patrimonialibus sine expressa Apostolicæ Sedis licentia, sub excommunicationis maioris pœna contra imponentes, necnon, & Clericos sponte soluentes.

C. nō minus & c. aduersus de immunitat. Ecclesiæ c. Clericis de imm. Eccle. lib. 6. c. Ecclesiarū 12. q. 2.

Cap. IIII.

CLerici omnes liberi, & exempti sunt, à potestate, & secularium Iudicum iurisdictione, ac si quis contra eos habuerit causam, siue ciuilis, seu criminalis fuerit, coram Ecclesiastico Iudice compareat. Qui verò secularium comprehenderit Clericum, excommunicationem incurrit, & per nos contra eosdem per iuris remedia procedetur. Prima tonsura initiatus, vel in minoribus ordinibus constitutus foro Ecclesiæ gaudeat, si tonsuram, & habitum deferat, & Ecclesiæ deseruiat de nostro ordine, & mandato.

C. nullus de foro cōpe. Cōc. Tri. sess. 23. c. 6. de ref.

Cap. V.

QVi sine Dei timore, ac sacri loci reuerentia in Ecclesia, seu cimiterio iniuriosè manus in laicos, seu Clericos iniecerit, vel immunitatem Ecclesiasticam, tamquam sacrilegus secundum Ecclesiasticam disciplinam, per nos sit arbitrariè puniendus.

C. sanguinis de immunit. Eccles. si qs mutuo. 7. q. 4.

Cap. VI.

EXhumari, vel incidere, seu anathomiam facere corpora fidelium, omnino ex sacris prohibemus locis.

Cap. VII.

PRohibemus etiam, ne Iudices seculares, vel potestates audeāt ministros Curiæ nostræ ad administrationē iusti-

tiæ neceſſarios moleſtare, vel iudicare, ſecundum Conſultores, Magiſtros Notarios, Aſſeſſores, Nuntios, Aerarios, Procuratores, Fiſcales, cùm ſecundum iura canonica, ac Imperiales, & Regias Conſtitutiones ad forum Eccleſiaſticum pertineant.

Cap. VIII.

CVm omnes perſonæ Eccleſiaſticæ liberæ ſint, in emptionibus, & venditionibus, à gabellis, nonnulli gabelloti iniquè agentes, quando Clerici, vel Religioſi à ſecularibus emunt, vel eiſdem vendunt, compellunt ſeculares ſoluere partem Clericis competentem, & ſic compelluntur ſeculares carius vendere Clericis ea ratione, quia ſciunt ſe ſoluere debere pro ſe, & Clericis per viā directā cogunt Clericos gabellas ſoluere, quod prohibemus; aliàs per cenſuras Eccleſiaſticas cōpellātur reſtituere, quod malè perceperūt.

Cap. IX.

C. eos de immuni. Eccl. li. 6

DEnegantes commercia, vt venditiones carnium, piſciū, panis, vini, farinæ, vel alterius rei neceſſariæ Eccleſiaſticis perſonis, oblato ab eis pretio communi, & mādantes, vel prohibentes ipſo iure per ſacros canones ſunt excommunicati, quia derogant immunitati Eccleſiaſticæ, vltra pœnam condignam per nos imponendam, ſecundùm exceſſus qualitatem.

Cap. X.

Cōc. Tri. ſeſſio. 22. c. 11. cap. nulli 12. q. 2 Bul'a in Cœna Domini.

INuadentes, vel occupantes, ſeu detinentes, ſtrictè iuriſdictiones, decimas, bona, iura, fructus, & redditus, feuda, bona emphiteotica, emolumenta, ſcripturas, cenſus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Montium Pietatis, Hoſpitalium, Confraternitatum, vel alterius loci pij tamdiu excommunicationi maiori ſubiaceant, donec ſatisfecerint, & abſolutionem à ſummo Pontifice impetrauerint, iuxta decretum ſancti Concilij Tridentini, cuius tenorem vulgari lingua populo proponant in Eccleſijs parochialibus in prima Dominica Quadrageſimæ Archipresbyteri.

Patroni

Cap. XI.

PAtroni etiam malè occupantes beneficia Ecclesiastica, vel eorum fructus, excommunicationem incurrant, & absolutionē à sūmo Pōtifice habeāt, postquā satisfecerint.

Cap. XII.

PRohibitum est etiam omnino secularibus iudicibus in Ecclesijs, vel cimiterijs, vel alijs locis sacris causarum tribunalia habere, nec sententias dicere, nec alios actus iudiciales facere.

Cap. XIII.

DElinquentibus, & ad Ecclesias fugientibus, iura immunitatem concedunt, quod nos etiam obseruari mandamus, vbi si consuetudo inoleuit.

Cap. XIIII.

NOn permittantur fœminæ in Ecclesijs habitare, sub prætextu illas mundandi, seu lauandi linteamina, vel lampades accendendi, nam periculosa res est fœminarum cum hominibus commercium.

Cap. XV.

ILliminentur ab Ecclesiarum portis vendentes res comestibiles, vel alia quæcunque mercimonia, & si moniti non se emendauerint per censuras compellantur, ij etiā, qui ad portas Ecclesiæ vendunt nuces, vel auellanas, vel cubaitas (vt vulgo dicitur) & alias res similes præcipuè diebus festiuis, nam vltra quod ipsi Missam forsitā audire omittūt, ementium vociferationibus diuina officia impediuntur.

C. decet de immunit. Eccl. lib. 6. c. cōsuluisti de conse. Eccl. vel alt. c. si quis contumax. 17. q. 4.

Cap. XVI.

OOportet cimiteria cōpetenti muro circūdari, ne diuinis officijs, & loco sacro irreuerētia fiat, animaliū trāsitu

Cap. XVII.

PRohibeantur etiam homines cum oneribus, vel rebus indecentibus per Ecclesiam transire: & falcones portantes ab Ecclesijs repellantur, etiā si diuina non celebrentur, & canes arceant: & de hoc Sacristæ & Hostiarij, & denique

Archipresbyteri, & Clerici, & Religiosi curam diligenter habeant; locus nanque sanctus est, & religiosè tractandus.

Cap. XVIII.

CAueant præterea seculares potestates, & vniuersitates, Prætores, & Iurati, & omnes cuiuscunque sint dignitatis, grauitias, tributa, seu repartimenta Clericis instar secularium imponere, nec eos molestare hospitibus, vel præstatione animalium pro onere portando, vel præstatione lecti vel supellectilibus, si excommunicationẽ euitare cupiunt.

Cap. XIX.

NOn liceat militibus signum in Ecclesijs, vel earum turribus, vel muris apponere causa se exercendi cum instrumentis sulfureis. Quicumque cõtrauenerit monitus excommunicetur, hoc namque graue sacrilegium est.

Cap. XX.

Cõc. Tri. sessio. 23. cap. 6. & 19. de refor. c. 1. de Cleric. lib. 6.

CLerici coniugati hi solùm fori priuilegio gaudent Ecclesiastici, qui tonsuram, & habitum clericalem semper deferunt, & seruitio, vel ministerio alicuius Ecclesiæ à nobis fuerint deputati.

Cap. XXI.

BIgami non gaudeant foro Ecclesiæ, nec permittantur habitum nec tonsuram clericalem deferre.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

Cap. I.

PRohibitum est Beneficiatis & Rectoribus, seu administratoribus rerum Ecclesiarum, vel locorum piorum bona alienare, nec ad emphiteosim concedere, nec cõmutare, nec compromittere, nisi in casibus à iure expressis cum nostra licentia in scriptis, aliâs contractus est nullus, & contrauenies grauiter puniatur, & nolens malè alienata restituere, declaretur excommunicationẽ incidisse secundũ sanctũ Conc. Trid.

Sess. 22. cap. 11.

Et

Cap. II.

ET prohibemus, ne taliter contrahentes apponant clausulam conditionalem (scilicet accedente consensu Prælati) nam multi sic malitiosè contrahunt, nec postea consensum requirunt, & malè alienata retinent in damnum animarum suarum.

Cap. III.

TEneatur Beneficiatus cuiuscunque beneficij Curati, vel sine cura post acceptam possessionem diligentem curam adhibere in recuperandis scripturis fundationis, donationum introituum sui beneficij, custodiatque easdem, & inquirat, si bona stabilia sint benè reparata, ac distincta limitibus, ne quis valeat rebus Ecclesię damnum inferre, faciatque cēsuū debitores recognoscere, eos maxime quādo propter tēporis diuturnitatem contractus nō reperiuntur.

Cap. IIII.

HAbeat præterea quilibet Beneficiatus curā conficiendi librum, vbi adnotatos habeat omnes introitus sui beneficij, vel capellaniæ, & res omnes, tam mobiles, quam immobiles, & sciat, an emphiteutę suæ Ecclesię habeant legitimum titulum, & confirmationem superioris, & an sint finiti tales contractus, vel caducitates commissæ.

Cap. V.

CVret etiam quolibet anno Beneficiatus visitare cōfines possessionum sui beneficij, an sint distincti, & noti.

Cap. VI.

PRohibemus, ne ornamenta vnius Ecclesię alijs Ecclesijs, vel Monasterijs commodentur, sine iusta causa, & hoc rarò fiat, nam consumuntur, & malè tractantur.

Cap. VII.

NOn conuenit calices, vel alias res sacras Ecclesiarum pignorari, etiam pro quocunque debito absque licentia nostra in scriptis, vel nostri Vicarij generalis.

Cap. VIII.

EOdem modo prohibemus calices, vel ornamenta deformari, nec deſtrui, etiam pro re alia reficienda, niſi prius per nos, vel Vicarium noſtrum generalem, vel Viſitatorem videatur, & approbetur expreſſè.

Cap. IX.

LIbri Eccleſiarum earum ſeruitio deputati, non comodentur, vt in eis diſcant alij legere, vel cantare, nam conſumuntur, aut ſubripiuntur in damnum Eccleſiarum.

Cap. X.

Extr. am bitioſe de rebus Eccleſ.

LOcationes bonorum Eccleſiarum, & omnium piorum locorum, quæ locari ſolent, non fiant vltra triennium ſecundùm iuris diſpoſitionem, aliâs locatores in excõmunicationem incidunt. Quando verò fieri debent locationes per edicta notificẽtur, & bandimenta, & plus offerenti concedantur cum debita ſecuritate, aliâs ſint inualidæ.

Cap. XI.

SI quicquam fraudis detectum fuerit commiſſum in talibus locationibus rerum Eccleſiaſticarum, & aliorum piorum locorum cauſa diligenter cognita, contractus inde facti, tamquam iniuſti nulli declarentur, & vltra grauiter puniantur doloſi contrahentes

Cap. XII.

Clem. qa contingit de releg. domi.

QVolibet anno intra menſem finito officio adminiſtrationis, Procuratores, ſeu Adminiſtratores piorum locorum reddere rationem teneantur, ſub pœna duarum vnciarum eiſdem pijs locis applicandarum nouis Rectoribus, ſeu Adminiſtratoribus in præſentia noſtri Vicarij foranei.

Cap. XIII.

C. ĩdignè 12. q. 2. c. quoniã 16. q. 1.

PRęterea dicti Rectores, vel Adminiſtratores piorũ locorũ inter quindecim dies ab acceptatione officij, teneãtur inuentariũ facere omniũ rerum mobiliũ & immobiliũ, rédituum in forma authentica, vt ſciant quid debeãt recuperare, & conſeruare, & finito officio, rationẽ integrè reddant.

Quia

Cap. XIIII.

QVia multoties in redimendis censibus locorum piorum, ignoranter, vel malitiosè, qui perpetui sunt, temporales, & redimibiles faciunt. Ideo volumus, vt nullus census redimatur dictorum locorum, nisi prius nobis detur relatio, vt diligentius inspiciatur negotium, ne fraus fiat; excepto quando clarè ex contractu appareat esse redimibilem, & non perpetuum.

Cap. XV.

NEgligentiam aliquorum beneficiatorum, & bonorũ Ecclesiasticorum, & piorum locorum administratorũ excitare cupientes, omnes monemus, vt vigilent, si bona locorum piorum in emphiteosim concessa effecta sint caduca ob aliquam causam, vt restituantur eisdem, & caueãt, ne ob illorum negligentiam, Ecclesiastica bona perdantur. *L. 1. c. de iure emphi.*

Cap. XVI.

NIhil sic destruit cathedrales Ecclesias, & earum patrimonium minuit, quam concessiones terrarum ad emphiteosim. Ideo monemus Reuerendissimos successores nostros, vt abstineant se ab huiusmodi alienationibus, & curent conseruare territoria, & quascunque possessiones Episcopalis dignitatis.

Cap. XVII.

COntingit, vt fideles relinquant aliquam domum, vel possessionem pro aliquo opere pio, & quod illud compellat in vita aliquis Sacerdos pro exoneratione suæ animæ, & mortuo Sacerdote hæredes vsurpant bona pij legati, tamquam bona defuncti, cùm non appareat de dotatione. Ideo ordinamus, vt intra mensem, à die factæ dotationis in testamento, vel extra teneantur præbere notitiam prælato cum copia institutionis, vt diligentius conseruetur opus pium; & qui in hoc fuerit negligens grauiter puniatur.

De

De Seminario Eccleſiaſtico.

Cap. I.

Seſſ. 23. cap. 18. de reſor.

CVPIENTES ſummopere, vt in noſtra Cathedrali Eccleſia Mazarienſi, Seminarium puerorũ conſtitueretur, vbi ſecundũ diſpoſitionẽ ſancti Concil. Trident. pueri pauperes præcipuè inſtituerentur, in Eccleſiaſticis diſciplinis, vnde bonis moribus, & ſcientijs prouecti, ad Eccleſiarũ regimen, & Eccleſiaſtica officia aſſumi poſſint. Iam (Deo auxiliãte) cępimus neceſſaria ordinare, vt in libro dicti Seminarij latius omnia cõtinẽtur.

Cap. II.

IDeo ad executionem huius pij operis, elegimus R. D. Michaelem de Roſa Canonicum Maz. & Capitulum elegit. R. D. Coſmum de Fichi Canonicum etiam, & in iure Doctorem. De Clero verò. R. D. Nicolaum Lomaritato in iure Doctorem. Clerus autem D. Ioannem Maioranam Capellanum, quorum arbitrio taxa fuit facta, tam de mẽſa Epiſcopali, quam Capitulari, & totius Diœceſis, pro ſubſtentatione, & erectione huius operis, ſicut per dictum ſanctum Concilium eſt diſpoſitum.

Cap. III.

QVapropter monemus omnes, qui aliquid contribuere tenentur, ad hoc opus neceſſarium, & rei publicæ vtile, liberaliter, & integrè ſoluant.

De Hoſpitalibus.

Cap. I.

RECTORES Hoſpitalium annuatim eligantur, qui diligenter adminiſtrent bona Hoſpitalium, niſi vobis aliud videbitur pro vtilitate Hoſpitalis, & annus incipiat à principio Septembris.

Sit

Cap. II.

SIt liber magnus benè cuſtoditus, in quo, authenticè ſcribantur omnes contractus cuiuſcumque introitus Hoſpitalis, & dotationes, & bona immobilia.

Cap. III.

SIt etiam alius liber, in quo ſcribantur omnia bona mobilia cuiuſcunque qualitatis ſint, & tradantur Hoſpitalario, vt ea cuſtodiat, & caueat de ratione reddenda.

Cap. IIII.

PRohibemus, ne quis cōmodare præſumat aliquid, ſiue lecta, frazatas, linteamina, ſub pœna vnius vnciæ.

Cap. V.

INfirmi nō recipiāt ſine notitia Rectoris, vel Vicarij loci.

Cap. VI.

INtra tres dies teneatur Hoſpitalarius facere, vt infirmi cōfiteantur, & recipiāt corpus Domini, ſub pœna priuationis officij, niſi mortis periculū breuius tempus poſtulet.

Cap. VII.

SIt locus diſtinctus, vbi fœminæ infirmæ medicentur, à conſortio hominum, in quo honeſtè cuſtodiantur.

Cap. VIII.

SIt etiam in Eccleſia Hoſpitalis arca vna fortis, ſub tribus clauibus clauſa, vbi eleemoſynæ mittantur, nec aperiatur niſi coram Rectoribus, & Cappellano, & ſcribantur in libro introitus, vt ratio haberi poſſit.

Cap. IX.

HAbeat etiam Hoſpitale librum, in quo deſcribantur omnes expenſæ annuatim, vt clarè introitus, & exitus videri poſſint per Viſitatorem noſtrum.

Cap. X.

VNus de Rectoribus prouideat de neceſſarijs infirmis, ne propter difficultatem cōgregandi ſe omnes infirmi patiantur defectum in neceſſarijs. Et finito menſe redeat rationem alijs ſocijs.

Tres

Cap. XI.

TRes ad summum eligantur Rectores in principio Septembris.

Cap. XII.

Clem. qa contingit de religiosis domi.

RES Hospitalis, non alienentur, nec ad emphiteosim dentur, nec census redimantur, nec iuri, vel actioni cedant, vel cõpromittant, sine nostra licẽtia in casibus à iure cõcessis, aliàs cõtractus sit nullus, & alienãs sit officio priuat⁹.

Cap. XIII.

Clem. qa contingit vbi supra.

PRocurator habeat curam recuperandi debita Hospitalis, & detur ei moderatũ salariũ pro vna quaque vncia, & instet diligenter in iudicio pro recuperatione debitorũ.

Cap. XIIII.

HOmines malæ vitæ vagantes non admittantur ad pernoctandum in Hospitalibus, sed tantùm infirmi.

Cap. XV.

QVando alicui in Hospitali mori contigerit bona sua conseruentur per inuentarium, vt de eis fiat secundũ voluntatem testatoris, & si sine testamento discesserit, per nos prouidebitur, vt conuenit.

Cap. XVI.

NOmina, & cognomina, & patria morientis in Hospitali scribantur cum mense, die, & anno.

De Confraternitatibus, & Monte Pietatis.

Cap. I.



VLLA Confraternitas fiat sine licentia nostra in scriptis, siue Laicorum, siue Clericorum sit visis prius, & aprobatis ordinationibus.

Cap. II.

NVllo modo permittantur, quæ de nouo fient, vt habeant Ecclesiam particularem, sed in Ecclesijs Parochialibus

chialibus, vel in Monaſterio conſtituantur, vbi Cappellam, vel Altare habeant pro ſua deuotione.

Cap. III.

NOn eſt toleranda quorumdam Confratrum in diſcreta deuotio, qui relictis, & contemptis proprijs Eccleſijs Parochialibus, à quibus Sacramenta recipiunt, volunt ſuas Eccleſias particulares, Parochiales facere. Ideo ordinamus, vt omnes (prout Eccleſia determinat) ad minus in feſtiuitatibus ſolemnibus veniant ad proprias Parochias ad diuina officia, & verbum Dei audiendum.

C. ſicut in de conſe. diſt. 1. Cōc. Tri. ſeſſio. 22 & ſeſſio. 24. c. 4. de refor.

Cap. IIII.

PRohibemus præterea, ne in Eccleſijs Confraternitatum Miſſæ ſollemnes cantentur expenſis Eccleſiæ, ſed ſolummodo in diebus Aduocationis, ſeu Patroni talius Confraternitatis, ſub pœna vnciarum quatuor.

Cap. V.

IN Eccleſijs, quæ Parochiales non ſunt, non eligantur plures Cappellani, quam fundatores, ſeu [redacted]tores inſtituerunt, & dotauerunt, & quando de eleemoſynis Miſſæ abundauerint, per alios celebrentur ibidem, ſecundùm voluntatem teſtatoris.

Cap. VI.

NEc etiam eiſdem liceat in maiori ebdomada, paſſionē cantare, nec tenebras dicere, nec ramos benedicere, nec candelas in die Purificationis, nec cineres in principio Quadrageſimæ, quia hæc omnia ad Parochiarū munus pertinent, & ſi moniti non acquieuerint, excommunicentur.

Cap. VII.

NVlla Confraternitas habeat niſi vnum Capellanū pro neceſſitate Confratrum (niſi aliquis, alios ex ſuis reditibus inſtituerit, & dotauerit.) Si verò ex legatis multis, & eleemoſynis plures Miſſæ abundent, ita vt Capellanus non ſufficiat ad ſatisfaciendum fidelium voluntatibus, poterunt illas committere alijs Sacerdotibus, Eccleſiæ Parochialis,

O vel

vel Monaſterij, vbi Confraternitas eſt ſita, ſeruata tamen voluntate illas relinquentiũ, vel eleemoſynas cõcedentiũ.

Cap. VIII.

PRæterea prohibemus, ne poſſint Confratres augere eleemoſynas ſuis Cappellanis, vltra conſuetam, ſine noſtra licentia, aliâs non admittetur eis in exitum quando ratio ſumetur in viſitatione.

Cap. IX.

QVia multoties id quod ex eleemoſynis acquiritur indiſcretè, & inutiliter expeditur, ordinamus, vt quando vel in fabrica, vel in ornamētis in notabili quãtitate aliquid ſit expendendm, non fiat ſine noſtra licentia, aliter non recipietur meritum in viſitatione.

Cap. X.

PRohibemus præterea, ne Confratres quærant per ſe nec per alios eleemoſynas per loca, nec areas, nec domos, ſed ſolum ad portam Eccleſiarum, vbi habent ſuas Confraternitates, nam propter multitudinem quęſtuantium, religioſi mendicantes graue damnũ patiuntur. Si verò eleemoſyna deſeruit pro alendis pauperibus, vel carceratis, vel alio ſimili opere pietatis, poterunt eleemoſynam quærere, vbi poterunt, aliâs verò quæſtuarij perdant quod acquiſierunt, & carceribus detineantur per ſex dies.

Cap. XI.

NVllus (niſi Confrater ſit) ſepelliatur in Eccleſia Confraternitatis, niſi etiam Eccleſia ſit Parochialis.

Cap. XII.

QVando proceſſiones publicè fiunt, omnes Confraternitates tenentur venire ad eas, & ab Eccleſia non exeãt quando reuertuntur donec Sacerdos orationem finierit.

Cap. XIII.

QVando aliquis in Confratrem admittitur, per vota ſecreta omnium, vel maioris partis fiat, & ſit bonæ famę, & vitæ, & nomina omnium ſint deſcripta in vno libro.

Solent

Cap. XIIII.

SOlent Confratres nocte congregari in suis Ecclesijs, vel Capellis pro sua deuotione, & ea moderatione, & forma vtantur, prout iā eis est permissum in hijs Constitutionibus, & vtantur orationibus Catholicis, prout Ecclesia vtitur.

Cap. XV.

REctores Confraternitatum per annum solùm durent, & successoribus rationem reddant, nisi per nos fuerit tempus prorogatum, propter vtilitatem Confraternitatis.

Cap. XVI.

IN vno libro scribantur authenticè, & conseruentur omnes contractus, donationes, testamenta, codicilla, in quibus aliquid est relictum Confraternitati.

Cap. XVII.

PRæterea ordinamus, vt si in aliqua Confraternitate, vel Monte Pietatis, vel Ecclesia quacumque facienda sit electio puellarum pro monachandis, vel maritandis, ex aliqua familia, vel ciuitate, seu loco fiat edictum publicè. Cum mandato, vt intra certum tempus omnes possint comparere, quæ prætendunt habere ius prælationis, & etiam finito tempore assignato, si aliqua comparuerit, ante tamen factā electionem, adhuc admittatur, quæ iure est alijs, secundum volūtatē testatoris præferēda; & electio aliter facta sit nulla.

Cap. XVIII.

TEstatoris voluntas omnino exequatur, nec aliquo modo audeant Rectores, neque Confratres commutare legata pia in aliud opus, etiam magis pium; aliâs quid fuerit factum contra hoc, erit omnino inualidum; & contrauenien grauiter punietur.

C ultima voluntas 13 q. 2. Clem. qa contingit de relig. domi.

Cap. XIX.

PRohibemus etiam, ne Rectores, nec Confratres, legatorum piorum bona, nec redditus alienent, nec etiam bona suarum Confraternitatum, nec ad censuum perpetuum, nec ad tempus, nec ad emphiteosim concedant, nec

Cōc. Tri. sessio. 22 cap. 6.

in rebus suis, vel actionibus cedant, nec vendant, nec commutent, sine expressa nostra licentia in scriptis, cum causæ cognitione, propter vtilitatem euidentem ipsorum piorũ locorum, aliâs enim contractus sit nullus, & hoc intelligimus in casibus à iure permissis.

Cap. XX.

OMnia quæ ex eleemosyna fuerint acquisita fraternitati, in libro rationũ seruentur de quibus etiam cũ alijs redditibus, & introitibus ratio sumat̃ per Visitatorẽ nostrũ.

Cap. XXI.

SI aliqua controuersia oriatur circa præcedentiam cum alia Confraternitate, vel Monasterio, vel Ecclesia in processionibus, vel in aliquo quocunque loco, nihil de facto cum scãdalo fiat in Dei offensam, sed ad nos deferant negotium, vt id, quod iustum fuerit per nos ordinetur.

Cap. XXII.

MOnemus omnes Confratres, vt quælibet Confraternitas eligat, aliquod opus pium, scilicet sepelire mortuos, vel eleemosynam quærere pro pauperibus substentandis, vel carceratis. Et in hoc licebit per ciuitatẽ illã quærere.

Cap. XXIII.

NOminent Rectores Confraternitatum Capellanum, vel Capellanos pro Missarum celebratione, Sacerdotes idoneos, & sufficientes, quos postquam per nos fuerint confirmati, non liceat remouere ad libitum, sine iusta causa per nos examinanda, nã iniuria fieret ei, qui sic amoueretur.

Cap. XXIIII.

NOn possunt Rectores, nec Procuratores Confraternitatum, de bonis Ecclesiarum, vel acquisitis de eleemosyna, vel de legatis, expensas facere, ad res profanas exercendas, veluti ad brauia, vel ad alia similia, nec ad suã particularem vtilitatẽ; aliâs sciãt se cõpelli debere ad illas restituẽdas.

Cap. XXV.

PRohibemus etiam abusum quorumdam locorum, vbi

Confratres

Confratres, & aliæ personæ, cum tympanis, & alijs instrumentis Musicis, & cantilenis, & clamoribus, & strepitu, per vicos, & plateas, & domos vi eleemosynas extorquent; eos qui eleemosynam non dant, risu, & iniurijs afficiunt, & pudore. Sed quando ad aliquod opus pium, necesse fuerit eleemosynas quærere, per viros honestos, & modestos per nos eligēdos, & cū nostra licētia gratis cōcedēda permittemus.

Cap. XXVI.

CVrent diligenter Rectores Montis Pietatis, vel Confraternitatum, & alij, quibus onus eligendi, seu inbuxulandi orphanas, vel pauperes incumbit, siue pro monachando, vel maritando sit, vt veras orphanas, & pauperes eligant, honestas, & bonæ vitæ, secundùm testantium voluntatem, & caueant, ne huiusmodi eleemosynis velint puellis sibi seruientibus satisfacere, defraudando eas debita mercede seruitij sui, hoc enim iniustum est, & contra conscientiam, super quo, eorū cōsciētias oneramus, vt sine dolo, & malitia, pauperiores, & honestiores eligāt, & volum⁹, vt Vicari⁹ loci intersit cū electorib⁹ ad inq rēdas orphanas, & inbuxulādas.

Cap. XXVII.

REctores, & Gubernatores, & Procuratores inuigilent in recuperandis rebus iuribus, & actionibus, & eisdē conseruandis omnium locorum piorum, sicut homo diligens, & solicitus, in rebus proprijs faceret, & instantiam faciant in nostro tribunali, in quo conuenire possunt omnes, tam laicos, quam Clericos pro debitis Ecclesiasticis, & cuiuslibet loci pij, secundùm iuris dispositionem. *Clem. quia contingit de relig. domib. Cōc. Tri. sessio. 22 cap. 8. de refor.*

Cap. XXVIII.

REctores, & Gubernatores, & Procuratores semper eligantur remoto amore, prece, vel pretio, tales, qui benè, & diligenter, & fideliter curent vtilitatem locorum piorum de quorū administratione nobis credēda est ratio.

Cap. XXIX.

VTile, & necessarium videtur, vt Mons Pietatis habeat arcam

arcam fortem cum tribus clauibus quarum vna ſit penes quemlibet rectorum,& ſit in loco tuto,in quo cuſtodiantur pecuniæ, & ſit vnus liber introitus, & exitus, vt diligenter ſcribatur,quod intrat, & exit,& ibidē cuſtodiantur ſcripturæ,& priuilegia,& ita non erit neceſſarius Theſaurarius,ſeu Depoſitarius, & nullo modo arca aperiri poſſit, niſi tribus Rectoribus præſentibus, vel qui vices abſentis ex iuſta cauſa habuerit.

Cap. XXX.

PRohibemus omnino, ne Rectores Montis Pietatis, vel Confraternitatis audeant concedere dilationes debitoribus, impediendo Procuratores debita recuperare, aliâs dilatio ſit nullius momenti, & concedens priuetur officio tamquam malè adminiſtrans illud, ſed liberè deſinant procuratores exigere.

Cap. XXXI.

FInito anno Procurator reddat rationem pecuniarum, & aliarum rerum, ad Montem Pietatis, ſeu ad Confraternitatem pertinentium, & etiam reſiduorum copiam ab eo ſubſcriptam, vt plenè ſciri poſſit, in quo ſit debitor, & aduertant, ſi reſidua ſint vera, an non.

Cap. XXXII.

PRohibemus præterea, ne Rectores, nec alius, ante electionem puellarum orphanarum,vel alterius qualitatis, vel etiam poſt, poſſint aliquid prætextu dictæ electionis, vel imbuxulationis recipere, aliàs teneantur illud reſtituere in foro conſcientiæ.

Cap. XXXIII.

NOnnulli Rectores, & Miniſtri locorum piorum iniquè officium ſuum agentes non verentur domos aliquas, ſeu poſſeſſiones cenſibus obligatas Eccleſiæ, vel Confraternitatis ab illo onere liberare, ob amicitiam, vel intereſſe. Ideo vltra, quod talis liberatio ſit inualida, ipſe tamquam indignus priuetur officio.

Rectorum

Cap. XXXIIII.

REctorum conſcientias grauiter oneramus, niſi fideliter, & diligēter, facta electione incontinenti, orphanorũ dotes ſoluerint, nec remittant illas, vt à debitoribus eas recuperent cũ graui damno, & expenſis, & teneantur Viſitatori noſtro quitantiam oſtendere, aliâs nõ admittantur in exitũ.

Cap. XXXV.

ITem ordinamus, vt introitus vniuſcuiuſque legati pij ſint diſtincti ab alijs, ne confundantur, & de vno quoque reddatur ratio.

De Monialibus.

Cap. I.



ABBATISSA, & quælibet alia Superior Monialium curam diligentem habeat, vt ſubditæ ſibi religioſè, & ſanctè viuãt ſecundùm regulã ſuę ꝓfeſſionis, & ordinationes à nobis traditas.

Cap. II.

IN poſterùm Abbatiſſa, & Superior ſolum per trienniũ duret, niſi de voluntate Monialium, & noſtra reeligi conueniat pro bono Monaſterij. *Bulla Gregorij xiij.*

Cap. III.

QVæ de nouo admittuntur ad profeſſionem, oportet, vt profiteantur obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, & clauſuram ſecundùm formam ab Eccleſia traditam, & regulam ſuæ religionis. *Cõc. Tri. ſeſſio. 25 c. 1. & 7. C. 1. de regul. §. 1. & fina. lib. 6.*

Cap. IIII.

POrta clauſuræ numquam aperiatur, niſi quando id, quod ingreditur, vel exit, pro neceſſitate Monaſterij per rotam intrare, vel exire nequit.

Cap. V.

IN dicta porta ſit vnum foramen, ſeu feneſtrella, cum grada ferrea ſtrictiſſima, per quam portaria videre poſſit pulſantem,

fantem, & claudatur cum porta paruula intrinfecus.

Cap. VI.

Bulla 10. Greg. xiij Porta aperta non liceat negotiari, nec portara exeat aliquo modo ad claudendum portam primam, extra portam claufuræ, fed Capellanus, feu alia perfona honefta noctu claudat, & mane aperiat.

Cap. VII.

Bulla 10. Greg. xiij Cōc. Tri. feßio. 25. cap. 5. de refor. Caueant omnes diligenter, ne aliquem permittant intrare claufuram Monafterij, fine noftra licentia aliter fciant, tã ipfas, quam intrantes excõmunicationẽ incurrere.

Cap. VIII.

Claudatur Monafterium quando fit fignum orationis Angelicæ, nec porta aperiatur, nifi orto fole, & porta Ecclefiæ de nocte non aperiatur in quocumq; feftiuo die.

Cap. IX.

Bulla 10. Greg. xiij Nullo modo habeant Moniales portam per quam adire poffint Ecclefiam, fed folùm in grada ferrea habeant feneftrellam paruulam ad recipiendum corpus Domini, quæ forti claue claudatur, nec liceat per eam negotiari, & clauis penes Abbatiffam cuftodiatur.

Cap. X.

Magnum inconueniens iudicamus Moniales molendinum habere intra clauftra Monafterij cum neceffe fit homines continuo caufa gubernadi illud intrare, ideo illud omnino prohibemus.

Cap. XI.

Infermeria. Sit locus commodus extra dormitorium, in quo infirmę medicentur, prope portam Monafterij, fi fieri poteft, vt facilius Medicus, & Cirurgicus, & Confeffarius ingredi valeant, & curam habeat Abbatiffa infirmarũ, vt nihil eis defit.

Cap. XII.

Cōc. Tri. feßio. 25. de refor. Moneat Abbatiffa fæpe Moniales ad regulæ obferuantiã, & ad confeffionẽ facramentalẽ, & facrã cõmunionẽ, vt ad minus femel in mẽfe corpus Dñi recipiãt cõfeffæ.

Quater

Cap. XIII.

QVater in anno legatur regula in Refectorio, in Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, & in Pascha Resurrectionis, in Pētecostes, & in Assumptione beatæ virginis Mariæ. Reliquo anni tempore vitæ Sanctorum, & aliæ opere spirituales, ita vt semper in Refectorio sit lectio.

Cap. XIIII.

SInt præterea fœminæ honestæ non vxoratæ ad seruiendum omnibus religiosis, & nullo modo aliqua possit habere seruitutem particularem.

Cap. XV.

LOcus in Refectorio, & Dormitorio, & in Capitulo, & in Choro, vnicuique detur secundùm antiquitatem professionis sine acceptione personarum..

Cap. XVI.

VEstes Monialium, & quicquid habere reperiatur tempore mortis, sunt Monasterij, & de illis nullo disponere possit, etiam Abbatissa, sed Monasterio applicentur.

Cap. XVII.

VOlumus, vt omnes Dormitorium, Coquinam, Refectorium, Chorum, & seruitrices communes habeant, nihil tamen proprium, & particulare. Nulli verò camerā, vel coquinam, vel foculare etiam expensis alienis facere, nec retinere permittatur imposterum: & cameras quas nūc habent, nec in vita, nec in morte, aliquo modo disponere, nec vendere, nec donare audeant, cum sint Monasterij, & ipsa sit incapax dominij.

Cap. XVIII.

ALimenta nullo modo diuidantur, sed in Refectorio vnicuique portio apponatur æqualiter sine differētia, & nulli liceat, quod superest sibi asportare, nec alicui donare, sed detur ad portam pauperibus, per ordinē Abbatissę.

Cap. XIX.

PRohibemus sub excommunicationis pœna, ne Abba-

tiſſa, & Conuentus bona immobilia, videlicet feudum, territorium, domos, vineas poſſint vendere, nec ad emphyteoſim concedere, nec permutare, nec compromittere, nec donare, nec cenſus etiam ſine licentia expreſſa noſtra in ſcriptis cauſa cognita in caſu à iure permiſſo, aliter quod factum fuerit ſit nullum.

Cap. XX.

LOcationes rerum Monaſterij fideliter fiant plus offerenti remoto amore, prece, vel pretio, vel conſanguinitate cum concurſu prætendentium, publicato prius edicto in locis cõſuetis, ſuper quo cõſcientias oneramus Procuratoris, & Abbatiſſæ: & ſalubre erit prælato antea notitiã præbere.

Cap. XXI.

PRocurator non eligatur ſine licentia noſtra, nec confeſſarius.

Cap. XXII.

AD ſonum campanæ omnes conueniant ad diuina officia, & ad Capitulum, & Refectorium, & Dormitoriũ, & negligens grauiter puniatur per Abbatiſſam.

Cap. XXIII.

SIt arca fortis tribus clauibus diuerſis clauſa, quarum vnã habeat Abbatiſſa; alias duę Decanę, ſeu Cõſiliarię, in quã pecuniæ Monaſterij recludantur, & nullo modo pecuniam aliqua detineat, niſi modo dicto.

Cap. XXIIII.

SIt vna Diſpenſatrix, ſeu Celeraria, (vt communiter dicitur) quæ habeat curã prouidendi res neceſſarias Monaſterio, cũ conſilio tamẽ Abbatiſſæ, & Decanarũ, & deſcribãtur expenſæ in quinterno, & ſingulis mẽſibus rationem reddat Abbatiſſę, & Decanis, quę poſtea in viſitatione reuidebitur.

Cap. XXV.

PRocurator nullo modo detineat pænes ſe pecunias recuperatas, ſed ſtatim intra triduũm teneatur tradere Abbatiſſæ, & Decanis, ſub pœna priuationis officij.

Sit

Cap. XXVI.

SIt vnus liber benè ordinatus, in quo scribantur omnia bona immobilia, & census, & redditus omnes Monasterij, & contractus illorum authenticè, & diligenter custodiatur, nec exeat à Monasterio, sed quādo necesse fuerit ad verificādū aliquod ius Monasterij, copia authētica assumatur. Liber.

Cap. XXVII.

EOdem modo priuilegia, exemptiones Monasterij diligenter custodiantur, & curam habeāt, ne temporis diuturnitate consumantur, & in vno libro copientur authenticè, & nulli extra Monasterium tradantur, sed in præsentia Abbatissæ, & Decanarum videantur, quando opus fuerit per Aduocatum, vel Procuratorem.

Cap. XXVIII.

NVlli liceat negotiari, seu conuersari sine licentia Abbatissæ, etiam cum patre, vel matre, sororibus, & fratribus, & consanguineis intra tertium gradum, & fœminis honestis: reliquis verò nullo modo sine licētia nostra, vel Vicarij Generalis, vel foranei; & hoc ex iusta, & necessaria causa. Et contrariū faciens decē diebus carceretur per Abbatissā.

Cap. XXIX.

ADsit semper vna ex auscultatricibus ad gradas, seu parlatoria, nisi quādo religiosa loquitur cū patre, vel matre, & alijs consanguineis, vt supra. Et aduertat Abbatissa, ne aliquod malum, vel scandalum oriatur ex confabulationibus. Et curet, vt rarò fiant.

Cap. XXX.

SI aliqua falsò licentiā loquendi cū cōsanguineis petierit, vt hac occasione cum extraneo loquatur, per decē dies carceretur, & pro secunda velo nigro per mensē priuetur.

Cap. XXXI.

DVm diuina officia celebrantur Abbatissa nulli licentiā negotiandi concedat, nec in Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, & tota Ebdomada maiori.

Cap. XXXII.

C. non dicatis 12. q. 1. Cõc. Tri. sessio. 25. c. 1. & 2. Bullæ 28. Pij V. Gre. xiij. Bulla.

TVrpe, & valde periculosum est quæ Deo paupertatem promisit aliquid velle habere proprium, ideo prohibitum est omnino Monialibus rerum proprietatē habere immobilium, vel vsum fructuum, vel vs.m illarum, nec censuum administrationē, nec comendam, nec illis Superior potest concedere: vsus tamen rerum mobilium eis permitti potest per Superiorem, quæ ad vitæ subsidium necessaria sunt, ita tamen, vt supellectilia sint secundùm statum suæ paupertatis; nihil habeāt vanæ, & profanæ curiositatis. Quę verò reperta fuerit aliquid proprium habere, priuetur voce actiua, & passiua per duos annos vltra pœnas à sua regula impositas, & si Abbatissa sciens, castigare neglexerit, vltra rationem quam reddet in tremendo iudicio, suspendatur ab officio per tres menses, & confessarius Monialium non absoluat eam, quam proprietariam inuenerit, donec plenè satisfaciat.

C. 2. de statu monacho. & cap. super quodam & c. cum ad Monasterium. ibidem.

Cap. XXXIII.

NVlla permittatur catellos, seu caniculas habere in Monasterio, & in delitijs vitiosè, & vanè nutrire, & si quæ habet, in continenti dimittat, nec etiam aues ad canendum habere permittantur.

Cap. XXXIIII.

REpræsentationes, seu actiones seculares cum habitu profano nullo modo faciant religiosæ, nec tempore Carnispriuij, hoc namque seculare est, & seruis Dei indecens.

Cap. XXXV.

Nouitię.

NVlla admittatur ad annum probationis, nec ad habitum religionis sine nostra licentia, factoque prius contractu pro dote, ad sui substentationem.

Cap. XXXVI.

NOuitiæ cùm primùm admittuntur assumant habitum religionis, & exerceantur in choro, & alijs officijs religionis

ligionis, vt diſcant ſubſtinere labores, & ſeipſas probent, & à religione etiam probentur.

Cap. XXXVII.

NVlla ad profeſſionem admmittatur, niſi poſt annum probationis completum, & quæ annum decimum ſextum compleuerit, & prius conſtet de ætate, & diligenter examinet an ſpontè, & voluntariè velit religionem accipere, & an vi, vel metu, vel dolo. Et non poteſt anno renunciare.

Cap. XXXVIII.

FInito anno probationis, nouitia profeſſionem faciat intra breue tempus, vel à Monaſterio diſcedere cogatur, niſi ex iuſta cauſa nobis videbitur tempus differre profeſſionis.

Cap. XXXIX.

ANte finitum probationis annum per menſem Abbatiſſa nos certiores faciat, quæ ſit quæ prætendit profeſſionem facere. Cõc. Tri. ſeſsio. 25. c. 17. de refor.

Cap. XXXX.

ANte quam finiatur annus probationis dos nouitiæ nullo modo recipiatur à Monaſterio, ſed tantùm alimenta. Cõc. Tri. ſeſsio. 25 cap. 16.

Cap. XXXXI.

NIſi puella tertium decimum annum attigerit, non admittatur ad annum probationis, quia eo finito profiteri nequit, donec ſit annorum ſexdecim. Seſsio. 25 cap. 17. de refor.

Cap. XXXXII.

SIt Magiſtra nouitiarum benè morigerata, quæ diligenter inſtruat nouitias, in regula, & doctrina Chriſtiana, & cum neceſſe fuerit, corrigat, & moneat eas quolibet menſe confiteri peccata, & recipere Euchariſtiam.

Cap. XXXXIII.

MAior pars conuentus debet conſentire adhoc, quod aliqua puella recipiatur ad Monaſterium, vel ad habitum

bitum recipiendum, vel ad profeſſionem, vel ſufficiet, ſi de quibus partibus conuentus duæ concurrant.

Cap. XXXXIIII.

HAbitum luctus, nulli religioſæ portare permittatur, nec per patrem, nec per matrem, nec conſanguineos mortuos, nec vltra ſex dies omittat ad officium cum alijs conuenire, aliâs per Abbatiſſam omnino cogatur.

Cap. XXXXV.

C. quoniã de Simonia.

NVllo modo Moniales extorqueant à profiteri volentibus aliquod emolumentum, ſiue in pecunia, ſiue in paſtu, nec ob hoc differant profeſſionem, hoc namque à iure tamquam Simoniacum eſt prohibitũ, ſed ſi quid ſponte oblatum fuerit gratioſè comeſtibile recipere cum gratiarum actione non prohibemus.

Cap. XXXXVI.

VEſtes Monialium extra Monaſterium ad lauandum non mittantur, nec ipſæ ab extra non recipiant ad hoc, vt lauent.

Cap. XXXXVII.

CIbum, vel aliquid comeſtibile Moniales non mittant extra Monaſterium, nec præparent etiam expenſis aliorum, niſi pro infirmo, inſtante neceſſitate, & hoc rarò fiat, ne diſtrahantur à diuinis officijs, aliâs grauiter puniantur.

Cap. XXXXVIII.

NVlli religioſæ nomen, niſi alicuius ſanctæ apponatur.

Cap. XXXXIX.

beſit Ut acuratiſ [illegible] Vale ut munſ Suum

PRocuratoris Monaſterij ſalarium non detur, ſed moderata quantitas pro qualibet vncia recuperata à debitoribus.

Cap. L.

FAbricare, vel expenſas facere, ſine noſtra licentia non poſſint, vltra duas vncias.

Quando

Cap. LI.

QVando benedicenda est Abbatissa, vel consecrandæ virgines, non fiat nisi in Ecclesia proprij Monasterij.

Cap. LII.

FEnestræ collocutionibus deputatæ duobus cancellis extrictis claudantur ferreo ex parte exteriori, & ligneo ex parte interioris.

Cap. LIII.

SIt præterea vnus liber, in quo scribantur dies, mensis, & annus, quando aliqua recipit habitum religionis, & annum probationis, & nomem proprium, & parentum, & patriæ, & dos in qua contrahitur, & finito anno. Et facta professione, ipsa se subscribat, quæ profitetur, vel ea nesciente, alia pro ea, & Abbatissæ, & duæ de antiquioribus, ne in posterum dubitari possit de professione.

Cap. LIIII.

LOcutoria semper sint clausa, & clauis sit pænes Abbatissam, & quando opus sit, porta aperiatur: & prohibemus, ne sint in Ecclesia, nec etiam recta.

Cap. LV.

IN vno libro ordinario summariè admittentur redditus Monasterij, & remissio fiat ad alium, vbi contractus illorum contineatur, & quidquid de nouo acquisierint adiungatur ibidem. *Liber.*

Cap. LVI.

ET in eodem libro in alia parte describantur bona mobilia Monasterij, & in alia parte adnotentur pecuniæ, quæ annuatim ad Monasterium venerint, quomodocunque, & exitus, vt in visitatione ratio clarè reddi possit, & ibidem apponatur. *Liber.*

Cap. LVII.

SIt etiam alius liber, in quo scribantur electiones Abbatissarum, & officialium, quæ annuatim fiunt, & actus, qui capitulariter fiunt, in rebus grauioribus Monasterij, *Liber.*

Officiales

Officiales Officiales verò ſunt duæ, Decanæ, ſeu Conſultatrices, Vicaria, Portariæ, Auſcultatrices, Diſpenſatrix, Sacriſtana, Magiſtra nouitiarum, & Infermeræ.

Cap. LVIII.

C. 1. S. ſane de regul. lib. 6 Cōc. Tri. ſeſſ. o. 25 cap. 3. de reform. Bulla 9. Pij V.

NVllæ admittantur in poſterum ad profeſſionem, niſi quæ congruè poſſint ſubſtentari redditibus Monaſterij, vt ius ſacrum ordinat.

Cap. LIX.

SIt locus commodus in Monaſterio, in quo prouiſiones cuſtodiantur pro ſubſtentatione Monialium, cum fideli cura, & diligenti.

Cap. LX.

IN dormitorio noctu ſemper ardeat lampas, & porta claue claudatur, quæ penes Abbatiſſam ſeruetur.

Cap. LXI.

QVando propter aliquam cauſam vrgentem, & neceſſariam, contigerit aliquem intrare Monaſterium, oportet, vt ſignum fiat aliqua campana, vt omnes intelligant, & honeſtè ſe occultent, ne ab inrtoeuntibus videantur, & duæ de antiquioribus Monaſterij, de mandato Abbatiſſæ, intrantem comitentur, donec exeat.

Cap. LXII.

QVando fabrica fiet in Monaſterio, vel aliquod opus adſit Capellanus, vel alius magnæ confidentiæ, & honeſtatis, qui Magiſtros, & operarios videat laborantes, & prohibemus, ne talis ſolus intret cameram, vel locum priuatum vltra loca cōmunia, & publica ſub excommunicationis pœna, & curet Abbatiſſa, ne religioſæ, vel virgines ſeculares verſentur cum illis, qui ſic ingrediuntur, & vna, vel duæ Monachæ antiquæ ſemper adſint, vbi opus ſit.

Cap. LXIII.

VIcarius, niſi ob ineuitabilem cauſam Monaſterium non ingrediatur, & tunc ſolus non intret, ſed cum

Capellano,

Capellano, vel alio Sacerdote bonæ famæ, nec loca Monasterij visitet, sed solum illum, vbi est suus ingressus necessarius, sub excommunicationis pœna. *Bulla Gre. xiij.*

Cap. LXIIII.

HAbeat vnaquæque religiosa suum lectum. Et prohibemus, ne duæ etiam, consanguineæ, dormiant simul in eodem lecto.

Cap. LXV.

OMnia, quæ religiosæ acquirunt quomodocunque, etiam industria personæ omnia acquiruntur Monasterio, & in libro scribantur introitus, sicut reliqua bona, & si in hoc aliqua reperta fuerit contrauenire, pœnis supra positis subiaceat impositis contra proprietarias.

Cap. LXVI.

CVm religiosa proprium, seu dominium rerum habere non potest, nihil etiam donare, vel vendere, vel comutare, nec emere, nec commodare, nec eleemosynas facere potest.

Cap. LXVII.

QVia verò regulariter Monialium domus pauperes sunt, ideo necesse est, vt intrantes secum deferant congruam substentationem, vel legitimam parentum suorum, vel si pauperes fuerint adminus sexaginta vncias deferant, & hoc pro nunc taxamus, nisi ex causa iusta, aliud in aliquo Monasterio videbitur expedire. *Dotes.* *Nau. apo lo. reditu. q. 1. mon. 84.*

Cap. LXVIII.

QVando verò Monasterium adeo sit miseria, & paupertate oppressum, vt non possit victum, & vestitum honestè religiosis tribuere, permittitur, vt quicquid quælibet religiosa acquisierit, vel ex dotatione, vel hæreditate, vel eleemosyna, vel propria industria, omnia oportet deuenire in potestatem Abbatissæ, & Decanarum, vt de illis primo prouideatur necessitatibus illius religiosæ cuius causa fuerint acquisita, secundùm arbitrium Abbatissæ

moderatè, & ſi quid ſuperfuerit diuidatur, & conuertatur in communem vtilitatem Monaſterij.

Cap. LXIX.

ABbatiſſæ, & reliquæ Superiores ſingulis menſibus teneantur ſcribere nobis negotia, & ſtatum Monaſterij.

Cap. LXX.

PRohibitum ſit Monialibus calamarum particulare habere, & ſcribere literas, nec recipere, niſi eaſdem videat Abbatiſſa, & quæ in hoc deliquerit, ſex diebus in terra in medio refectorij manducet.

Cap. LXXI.

ANte cancellos parlatorij, vel feneſtras Chori, ſit pannus, vel tela, quâ operiantur religioſæ, ne videri poſſint.

Cap. LXXII.

Cōc. Tri. ſeſſio. 25 c. 7. à ref. C. indemnitatibus §. poſtremo de electio. li. 6.

EXpedit, vt electiones Abbatiſſarum, & aliarum Superiorum liberè fiant: & aduertant, ne aliquis, vel aliqua diſcordiàs nutriat inter moniales ratione electionis faciendæ, aliàs ſciant excommunicationem à iure impoſitam incurrere.

Cap. LXXIII.

De virginibus.

VIrgines ſeculares, quæ cauſa educationis Monaſterium ingredi permittuntur, cum certis conditionibus ab Eccleſia ordinatis, cum noſtra licentia admittantur in ſcriptis.

Cap. LXXIIII.

EAndem clauſuram obſeruabunt, quam religioſæ, cum habitu honeſto, & diſciplina, quarum curam habeat Magiſtra nouitiarum, quæ illas inſtruat bonis moribus. Et ſi quid inordinatum commiſerint corrigantur ab Abbatiſſa: & ſi non ſe emendauerint expellantur à Monaſterio.

Hæc

Cap. LXXV.

HAec verò solutis alimentis tertiatim anticipatis, comedant in Refectorio in loco separato à Monialibus. Et prohibemus, ne ipsæ alantur cibo extra Monasterium deducto, aliâs mittantur foras.

Cap. LXXVI.

SI quæ verò ex dictis puellis reperta fuerit aliquas literas extra Monasterium mittere, vel recipere, nisi prius eas viderit Abbatissa, protinus expellatur à Monasterio.

Cap. LXXVII.

SI quæ verò ex dictis virginibus nubere contigerit, repellatur à Monasterio, nec permittatur habitum profanum deferre secum, nec recipere munera, nec mittere.

Cap. LXXVIII.

QVæ semel exierit à Monasterio amplius non recipiatur in illud, vel aliud Monasterium, nisi causa monachandi.

Cap. LXXIX.

MOniales nequeunt à Monasterio exire, nisi tantùm in casibus expressis in Bulla foel. rec Pij Quinti. C.1.&sta in regu. libro 6. Bulla 9. Pij V. Cõc. Tri. sessio. 25 cap. 5.

Cap. LXXX.

NVlla sine licentia nostra in scriptis intrare, vel exire possit à Monasterio.

Cap. LXXXI.

NVlla etiam secularis ad Monasterium admittatur cum seruitrice, nec illam habere possit.

Cap. LXXXII.

VIdua nulla admittatur in Monasterium, & si quæ reperitur, expellatur protinus, nisi velit habitum religionis, & annum probationis recipere.

Cap. LXXXIII.

MVlieres, quæ ad seruiendum admittuntur in Monasterio, sint honestæ, & bonæ vitæ, & famæ, virgines,

& non maritatæ, ſeu vxoratæ, & nullo modo exeant: ſi verò exierit aliqua amplius non recipiatur.

Cap. LXXXIIII.

SI quæ verò ex dictis virginibus ad annũ ſextum decimũ peruenerit, inquiratur ab ea, an velit fieri religioſa, ſi autem noluerit, ex iuſta cauſa arbitrio noſtro poterit remanere vſque ad vigeſimum quintum annum, vel expelli incontinenti.

Cap. LXXXV.

PVella, quæ educationis cauſa recipienda eſt, oportet, vt ſit annorum nouem, vel decem, ita quod non indigeat, vt ab alia veſtiatur, & gubernetur.

Cap. LXXXVI.

Addit. gloſ. ver. irritũ in c.1.§. ſane de reg. lib.6. Cõc. Tri. ſeſſio.25 de ref. c.18

NOn conuenit in Monaſterijs Conuertitarum puellas virgines educari, nec honeſtas fœminas ad profeſſionem admitti, ſed ſolum illæ, quæ verè Conuertitæ ſunt.

QVARTA

QARTA PARS

De celebratione Missarum, & de diuinis officijs.

Cap. I.



LERICI, qui in sortem domini vocati sunt, vt illius seruitio adscripti in perpetuum ei famulentur, vt pro populo intercedant, quia Sacerdotes peccata populi comedunt, nam suis orationibus ea delent, & consumunt; meminerint suæ dignitatis, & ita uiuant, vt à Deo exaudiri mereantur.

C. Cleros 21. dist.

C. ipsi Sacerdotes. 1. q. 1.

Cap. II.

Diuina officia deuotè recitent, ac attẽtè, vt verba de corde exeant, ne differat lingua ab eo, nec de illis dicatur: Populus hic labijs me honorat, cor autem longè est à me: Non in plateis, vel vijs, nec ad portas Ecclesię, sed si cõmodè fieri possit in Ecclesijs, vel in locis remotis à tumultu.

C. quãdo autem de cõs. dist. 1

Cap. III.

VNde prohibitum sit dum in Choro Clerici officia diuina peragunt, Canonicas horas, vel alias deuotiones legendo dicere, nec literas legere, nec confabulari, aliâs à Præsidenti corrigantur.

Cap. IIII.

ORdinamus insuper, vt non solum in nostra Ecclesia Cathedrali, verum etiam in alijs Parrochialibus matutinum antè lucem diei dicatur, prima verò, & tertia, ac sexta antè meridiem. Nona verò post meridiem pauloantè vesperam; vesperæ, tacta hora vigesima, celebrentur: exceptis diebus

bus quadrageſimalibus antè meridiem dicuntur Veſperæ, & Completoriũ, poſt aliquod breue ſpatiũ, dictis Veſperis.

Cap. V.

C. Apoſtolica authoritate de conſec. diſt. 1.

IN noſtra Diœceſi cupimus introduci (prout iã ad Dei gloriam eſt cœptum) vt antiqua, ſanctaque conſuetudo in Dei Eccleſia ſeruauit, vt dum ſacroſanctum Dei Euangelium refertur, reuerenter omnes fœminæ ſurgant, etiam dum Canticum Beatæ Mariæ, Magnificat anima mea dicitur. Dum verò Credo cantatur, quando dicitur: & homo factus eſt; humiliter genua flectant, quibus, vt deuòtius faciant, quadraginta dierum indulgentiam concedimus.

Cap. VI.

CVncti verò (vt hactenus ſeruauerunt) in noctis principio deuotè orationem, Aue Maria, recitent, & ſignum conſuetum fiat, eodem modo in principio diei campana ſonet, ad orationem Pater noſter, tacta verò hora ſecunda noctis ſonet etiam campana, prò deprecatione pro animabus fidelium, quæ in purgatorio detinentur; & quando in Miſſa maiori dicitur, Sanctus.

Cap. VII.

Seſsi. 22. cap. 1.

MAndamus etiam (prout ſacrum Concilium Tridentinum ordinat) ne vllus ſecularis, vel regularis Miſſam celebret in domibus ſeculariũ, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per menſem, & carcerationem, niſi Cappella ſit competens, & ſecundum dictum ſacrum Concilium à nobis fuerit approbata in ſcriptis licentia ad hoc.

Cap. VIII.

C. hoc quoq; de conſ. diſtin. 1.

PRæterea volumus, vt miniſtri miniſtrantes, ſeu ſeruientes in Miſſa, ſint induti veſte longa, & ſuperpellitio.

Cap. IX.

ITem ordinamus, vt in diebus Dominicalibus, & feſtiuis, Miſſa maior in Eccleſijs Parochialibus voce alta competenter celebretur, & Credo, & Gloria in excelſis, & Præfatio, & Pater noſter dicantur.

Clerici

Cap. X.

CLerici omnes Cappellani, & Beneficiati, & in minoribus etiam constituti, qui alicuius Ecclesiæ sunt dedicati; & Sacerdotes qui ad celebrandum necessaria recipiunt, teneantur concurrere in primis, & secundis Vesperis dierũ Dominicalium, & sollemnium festiuitatum, induti superpellitio, & ad processiones sollemnes, & ad audiendum verbum Dei, & reliqui exerceantur in officio suorum ordinũ, (prout sacrum Concilium Tridentinum ordinat). Inobediens soluat duos tarenos Ecclesiæ. Sciant enim, quòd ad hoc ordinantur, vt Ecclesiæ deseruiant: & Vicarius illam exequatur pœnam.

C. omnes de consec. dist. 1.

Sessi. 23. cap. 4. de refor.

Cap. XI.

IN Dominicis diebus, & festiuitatibus post cœptam maiorem Missam, alia non celebretur, donec sit finita, nec extra Ecclesiam exeat sanctissimum Sacramentum, nisi esset verisimile periculum in mora.

Cap. XII.

PRohibemus omnino, ne in Parochialibus Ecclesijs in dictis festiuis diebus maior Missa dicatur, nisi secundum officium, quod recitatur.

Cap. XIII.

ORdinamus præterea, ne in Ecclesia dum diuina celebrantur officia, repræsentationes fiant, nec aliquæ saltationes, nec choreæ, nec laruati admittantur, nec aliquid simile fiat: nisi prius examinentur per Vicarium nostrum generalem, vel foraneum.

Cap. XIIII.

PRæterea prohibemus, ne in festo Penthecostes artificia, vel instrumenta sulfurea in Ecclesijs fiant, quia vltra diuinorum officiorum impedimentum magna inconuenientia successisse compertum est: qui contrauenerit duabus vncijs mulctetur, & pauperibus, vel fabricæ eiusdem Ecclesiæ applicentur.

Cap. XV.

IN Choro, & in Sacristia, & Altari silentium omnino seruetur per omnes. Qui in hoc deliquerit reprachendatur per Præsidentem, vel celebrantem Missam.

Cap. XVI.

Nau. c. 25. num. 134. in Manual.

HOrtamur omnes Sacerdotes in Domino, vt adminus diebus Dominicis, & festis solemnibus Missas celebrent: Archipresbyteri, & alij curam animarum habentes toties quoties tenentur; ita vt satisfaciant suo debito, & curæ, & officio.

Cap. XVII.

ORdinamus etiam, vt omnes Beneficiati curam animarum habentes in omnibus Sabbathis anni ante orationem, seu Salutationem Angelicam dicant cantando Salue Regina, prius pulsata campana, ad hoc, quod concurrant omnes Clerici, & populus.

Cap. XVIII.

MIssa non celebretur ante lucem diei, nec post meridiē, contrafaciens scutum soluat fabricæ Ecclesiæ.

Cap. XIX.

c. nocte sancta de cōs. dist. 1. c. sufficit Sacerdoti ibidem c. consuluisti de celebra. Miss.

NEmo duas Missas celebret in vna die, nisi in nocte Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, vt Ecclesia ordinat, & quando beneficium curatum aliud habet annexum. Nam tunc in festiuitatibus poterit Beneficiatus duas celebrare. Caueat tamen, ne ablutionem sumat, nisi in vltima, vt ieiunus reperiatur.

Cap. XX.

QVando processio cū Cruce ab Ecclesia exierit, omnes comitentur cum superpellitio, donec reuertatur ad locum vnde exiuit: negligentes tareno mulctentur, & fabricæ applicetur, & Crux veniat alta, & cum comitatu.

Cap. XXI.

NVllus sine nostra licentia admittatur ad curam animarum, quando Curatus moriatur, vel aliâs sit omnino

impeditus

impeditus permittimus, quòd noster Vicarius foraneus possit alium nominare, propter periculum, donec nos certiores faciat intra sex dies.

Cap. XXII.

QVi in plateis, vel tabernis, vel ad portas Ecclesiæ repetiuntur, dum Missa solemnis celebratur in Ecclesia, vel fit sermo in ea, compellantur intrare, & grauiter repræhendantur per Vicarios, vel Archipresbyteros. *C. omnis de conse. dis. 1. c. 1. de ferijs.*

Cap. XXIII.

IN Choro, & in processionibus, & quacumque congregatione, Sacerdotes sedeant secundum antiquitatem suorũ ordinum, exceptis Archipresbyteris, Vicarijs, & Capellanis, qui propter præeminentiam suã alios præcedunt.

Cap. XXIIII.

IN eadem Ecclesia, eodem tempore non celebrentur diuersa anniuersaria, voce alta, vel Missæ duæ, vel vigiliæ, vel alia similia officia; quia resultaret confusio.

Cap. XXV.

DVm fit offertorium, Sacerdos, nec aliqui ministri (etiã quãdo Missa nõ celebratur) inter mulieres gradiantur, sed stẽt in loco, vbi ordinatim omnes cõueniri possint. Idẽq; etiã seruẽt quãdo cinis datur in primo die Quadragesimæ. *C. omnis Christianus de cõse. dist. 1.*

Cap. XXVI.

NVllus incumbat super Altari Ecclesiarum, nec dum diuina celebrantur confabuletur, vel dum verbum Dei exponitur, nec negotietur, neque deambulet per Ecclesias, indecens enim est, & inhonestum, domum Dei facere domum negotiationum, tales corrigantur, & inobedientes ab Ecclesia expellantur. *Cõc. Tri. sessio. 22. cap. 1. de Missa.*

Cap. XXVII.

DVm celebrantur diuina, vel sermo fit ad populũ, nullus mẽdicare in Ecclesia ꝑmittatũ, nec eleemosynas petere.

Cap. XXVIII.

MAndamus, ne Archipresbyteri, nec alij Capellani cum

Cruce, & processione exeant ab Ecclesia, ad recipiendam quamcumque personam cuiuscumque dignitatis, vel præeminentiæ sit, quoad prælatum aduenientem, seruetur consuetudo nostræ Diœcesis.

Cap. XXIX.

MAlitia humana in vitium regulariter vertit, quod ab initio piè & religiosè ab Ecclesia fuerit obseruatum, olim enim Vigilię deuotè ad Martyrũ, & Sanctorum sepulchra fiebant, sed modo in nonnullis Ecclesijs, & in Confraternitatibus, & in Monasterijs, & Heremitorijs fiunt, vbi multitudo hominum, & mulierum conuenit, non ad vigilandum, sed ad dormiendum, & Ecclesiam profanandam cõmessationibus, ebrietatibus, & lasciuijs, & choreis: quod eijciendum, & eradicandum duximus. Ideo sancti Concilij Tridentini auctoritate inducti, & tamquam in hac parte sanctæ sedis Apostolicæ delegatus, mandamus omnibus quibus cura, & facultas incumbit claudendi portas Ecclesiarum, vel claudere iubere, ne permittant aliquas personas intrare post orationem Salutationis in principio noctis. In similibus festiuitatibus ad pernoctandum ibidem, sub pœna excommunicationis maioris, contra admittentes, & intrantes. Permittimus tamen, quòd Confratres soli possint in die Sabathi ad dicendum suas deuotiones cum suo Capellano concurrere ad suam Ecclesiam: nocte verò festi Cõfraternitatis claudatur porta, vt iam est ordinatum.

Cõc. Tri. sessio. 22. cap. 1. de Missa.

Cap. XXX.

REmoueantur ab Altari, dum sacrificium Missæ celebratur, audientes, ne vel impedimentum celebranti faciant, vel irreuerentiam committant. Cancelli lignei fiant ante Cappellam maiorem, præcipuè vbi sanctissimum Sacramentum est, ne populus intrare possit.

Cap. XXXI.

PRohibemus omnino, ne de nouo aliqua imago facta, in Ecclesia aliqua ponatur in Altari, vel pingatur, nisi

prius

prius per nos, vel noſtrum Vicarium videatur, & approbetur cum perſona docta, ſi poteſt.

Cap. XXXII.

NVlla præterea imago profanis veſtibus ornetur, ſed honeſtè, & decenter, & cum modeſtia, & ſanctitate quali glorioſo ſancto, cuius eſt imago cõuenit, nec deinceps imago fiat, niſi depicta, vel de vultu, ita vt nõ indigeat veſtibus.

Cap. XXXIII.

CVram habeat Archipresbyter, & alij Capellani, & etiã Sacriſtæ, vt Miſſæ diuerſis horis celebrentur, vt facilè venientes ſemper Miſſam inuenire valeant. *C. neceſſe eſt de cõſ. diſt. 1.*

Cap. XXXIIII.

PRohibemus, ne Dominicis diebus, & feſtiuis in eremitorio aliquo noſtræ Diœceſis Miſſa celebretur, ſine licentia noſtri Vicarij, ſub pœna vnius ſcuti fabricæ Parochiæ applicanda.

Cap. XXXV.

IN Eccleſijs Parochialibus habentibus ornamenta ſufficientia pro Sacerdote, Diacono, & Subdiacono, quãdo cõmodè fieri poſſit, ſaltẽ tribus Paſchalibus feſtis, & feſtiuitatibus Beatiſſimę virginis Mariæ, ſcilicet eius Natiuitatis, Purificationis, Annũtiationis, & Aſſumptionis eiuſdẽ Eccleſiæ Aduocationis, ſeu tituli, Miſſa celebretur ſolemniter.

Cap. XXXVI.

PRohibemus præterea, ne in Eccleſijs, vel Cimiterijs, vel in portis Eccleſiarum, etiã in feſtiuitatibus ſolemnibus diſparentur inſtrumenta ignita puluere ignito, intra viginti paſſus, à muro Eccleſiæ, quæ vulgus maſculos, Archabuſios, & ſcopectas appellat. Periculoſa enim sũt, & inutilia, & rectores, qui hoc permiſerint vnciã vnã ſoluere cõpellãtur.

Cap. XXXVII.

SAnctæ Catholicæ Eccleſiæ ordinatione Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, vel reliqui Eccleſiaſtica Beneficia habentes, tenentur horas canonicas quotidie recitare, & *C. 1. de celebr. Miſ.*

Cōc. Lat. sub Leo X. sessio. 6. § statuimus. Nauar. c. 25. num. 122. Bul. 131 Pij V.

omittentes sine iusta, & legitima causa mortaliter peccant, & non recitantes horas totas vnius, vel plurium dierum tenentur restituere fructus pro rata competentia vnicuique diei totius anni, & ommittentes matutinum solum, vel reliquas horas ad medietatem fructus tenentur, si aliquam horarum, sextam partem restituant, prout Pius Quintus fœlicis memoriæ instituit.

Cap. XXXVIII.

Cōc. Tri. sessio. 22. c. 7. de Missa.

NOn permittatur, vt Missa cuiuscumque deuotionis celebretur cum certo numero candelarum, vt euitetur superstitio ignorantium, prout sanctum Concilium Tridentinum ordinat.

Cap. XXXIX.

IRreuerentia, & indeuotio manifestè conuincitur illius, qui intra Ecclesiam maximè cū diuina misteria celebrantur, falconem, vel aliam auem similem manu gestat. Ideo tales reprahēdātur, & si necesse fuerit ab Ecclesia expellātur.

Cap. XXXX.

IN celebratione Missarum Missale, & ceremoniæ Romanæ Ecclesiæ seruentur.

Cap. XXXXI.

C. nemo per ignorantiam de consec. d st. 1.

COrporalia sint munda. Ideo singulo quadrimestri lauentur, si opus fuerit: purificatorium verò bis in mense: lotio autem fiat in vase ad hoc deputato per Sacerdotem, vel in sacris constitutum.

Cap. XXXXII.

COnuenit (vt si fieri potest) in celebratione Missæ vino albo vtantur Sacerdotes.

Cap. XXXXIII.

C. omnes fideles & c. Missas de conse. d st. 1.

NVllus ante benedictionem Sacerdotis exeat, quando Missa celebratur, qui verò secus faciunt, Ecclesiæ præcepto non satisfaciunt, & grauiter reprehendantur.

Cap. XXXXIIII.

IN carceribus (vbi commodè fieri possit) Cappella fiat

vbi

vbi Missa dicatur., & ex pœnis congrua portio Cappellano assignetur.

Cap. XXXXV.

SAcerdotes celebrare volētes, induāt se in Sacristia vel in loco occulto, nō verò in cornu Altaris, vbi est Sacristia.

Cap. XXXXVI.

INgratitudinis vitium grauissimum incurrunt, qui Beneficia Ecclesiastica habent, vel eleemosynas, siue emolumenta recipiunt pro Missarum sacrificijs celebrādis, vel pro aliquo opere spirituali peragendo, & illud omittunt. Ideo monemus omnes per viscera Iesu Chisti, vt velin piè, deuotè, exactè, & integrè satisfacere fideliū voluntati, aliâs sciant ad restitutionem teneri, & si nobis innotuerit, pœnā grauissimā expectēt: & nemo decipiatur per ignorantiā, credendo ꝑ vnā Missā satisfacere pro eleemosynis à diuersis receptis.

Cap. XXXXVII.

SAnctissimè per sanctum œcumenicum Concilium Tridētinū est prouisum, vt per Episcopos in Synhodo Diœcesana magna consideratione prouideretur, ne multa pia legata pro celebrādis Missarum sacrificijs relicta à fidelibus, propter paupertatem eleemosynarum relinquātur, quia nullus reperiatur, qui velit eisdem inseruire. Ideo magna cum discussione ordinamus, vt in posterū nullus Sacerdos etiā conducticius, quoquomodo abstringi queat ad celebrandā Missam, vel satisfaciēdum oneri sui beneficij, Ecclesię, Cappellæ, vel Altaris, nisi eleemosyna, vel fructus, vel emolumentum ascendat ad rationem quadraginta tarenorum pro vna quaque Missa pro toto anno, facta tamen commemoratione pro defuncto. *Sessio. 25 cap 4. de refor.*

Cap. XXXXVIII.

IN nocte sancta Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, donec matutinum, & prima Missa finiātur, non permittatur aliquis Sacerdos Missam celebrare, nam diuinum officium turbatur.

Cap. XXXXIX.

DVm Miſſa maior in Eccleſia maiori celebratur, nõ permittatur aliquis tranſire inter Cappellam maiorem, & Chorum, nam irreuerentia eſt, & aſtantium impedimentũ.

Cap. L.

SInt in Eccleſijs in Altari, vbi Miſſa eſt celebranda, tabula decenter compoſita, in qua verba ſanctiſſimæ conſecrationis, & Gloria in excelſis Deo, & Credo contineantur.

Cap. LI.

ET vt ſcandala omnino tollantur, hæc regula generalis ſeruetur, dũ pax in Eccleſia populo datur. Ordinamus, vt per aliquem Clericum deferatur pax, ad Capitaneos armorum, & Ciuitatum, & reliquos Officiales. & ad Gubernatores, & Barones, & reliquos ſeculares, nec quoquomodo in hoc impediantur Diaconus & Subdiaconus, nec Altare, & Sacerdotem deſerant, & hoc etiam ſeruetur in thuribulo deferendo, dum tamen ſint in loco conſueto, & abſonum eſt, & inconſuetum deferre Miſſale finito Euangelio ad eoſdem, & ita ſeruetur, prout in noſtra Cathedrali Eccleſia ſeruatur, & qui ex Clericis contrauenerit ab officio ſuſpendatur per tres menſes, & exulet à Diœceſi per eoſdẽ, & Vicarius vel Archipresbyter, qui in hoc deliquerint eaſdem patiantur pœnas, & hoc etiam religioſi obſeruent.

Cap. LII.

PRohibemus præterea, vt poſtquam Sacerdos Miſſam celebrans confeſſionem finierit, ne iterum eandem repetat, licet aliquis de nouo ſuperueniat, nec aliquis Sacerdos extra Altare alicui confeſſionem dicat.

Cap. LIII.

QVando diuina officia ſunt celebranda ſemper ſignum fit campana, vt omnes fideles conueniant. Et prohibemus, ne Clerici ſuſpendant illa propter quemcumque.

Cap. LIIII.

SAncta, ac pia cõſuetudo in Eccleſia ſeruatur, vt finita oratione

tione in Missa, Sacerdos commemorationem faciat, dicendo. Et famulos tuos. N. Papam, Regem. N. nostrum, & Reginam, & Principem cum prole Regia, & populo sibi commisso, & exercitu suo, & nos ab omni aduersitate custodi, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, & gentes Paganorum, & Hæreticorũ, qui in sua feritate confidunt, dextera tuæ potentiæ conterantur. Per dominum nostrum Iesum Christum: quam omnino seruari desideramus. C. fin. de consecra. dist. 1.

Cap. LV.

SVper Altaria mappę non apponantur, nisi prius benedicantur, & sint de lino, non de seta. C. cõsulto de consec. dist. 1.

Cap. LVI.

MOnemus omnes Sacerdotes, vt diligenter legant regulas, ceremonias, & adnotationes, quæ apponuntur in principio Missalis, vt intelligant, quæ sunt necessaria pro Missa celebranda debitè.

De diuino officio in Choro nostræ Ecclesiæ Cathedralis, & de ordine in eo seruando.

Cap. I.

ECclesia Sancta Catholica à principio instituit in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dignitates, Canonicos aliasq; beneficia Ecclesiastica habentes in eisdem Ecclesijs, qui secundum vniuscuiusque prouinciæ cõsuetudinem varijs nominibus appellantur, ad cultum diuinum, diu noctuque peragendũ, hoc namque propriũ est munus suum, etiã si in hac nostra Ecclesia alij Clerici, Beneficiati, & Cappellani, reperiãtur ad eundẽ finem, itaq; quantò alios Clericos præeminentia excedunt, tantò plus tenentur ad residentiam in Choro, & ex ethimologia nominis Canonici, cognoscant se horis canonicis astrictos. Ideo eos in domino hortamur, vt assiduè

Deo ſeruiant in Choro pſallentes Hymnis, Pſalmis, & Canticis, diuinas laudes celebrent, & ſuo exemplo alios ad Dei amorem accendant, & quamuis auctoritate ſacri Concilij Tridentini poſſemus tertiam partem omnium fructuum dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorũ appropriare, & in quotidianas diſtributiones diuidere conſiderãtes tamen paucitatem, & paupertatem dignitatum, & Canonicorum, & aliorum noſtræ Eccleſiæ, neceſſitate cogente, cogimur, & meliori modo, quo poſſumus, prouidere. Ideo ordinamus, vt ſiquis dictarum dignitatum, & Canonicorũ diebus Dominicis, & ſolemnibus totius anni quos duplici maiori nomine Eccleſia nominat, defuerit à Choro, mulctetur per punctatorem granis quinque.

Seſſio. 21 cap. 3. de refor. & ſeſſ. o. 24. cap. 12.

Cap. II.

QVando verò die feriato defectus committitur in reſidentia Chori per dictos perdant emolumentum ſibi cõtingens ex mortuorijs, vel anniuerſarijs illo die occurrẽti.

Cap. III.

BEneficiati, & reliqui Clerici ad Chori ſeruitiũ aſtricti pro rata ſibi contingenti puniantur quando defuerint.

Cap. IIII.

QVi ad Matutinum ante finitum inuitatorium, & ad Miſſam ante finitos chiries, & ad alias horas ante finitũ primum pſalmum venerit non mulctetur: aliâs ſic.

Cap. V.

QVi ad officium non venerit dum anniuerſarium, vel Miſſa dotata, vel funerale officium, vel vigilia celebratur, perdat portionem ſibi competentem, nec valeant ſibi inuicem remiſſionem facere.

Cap. VI.

ABſentes verò ob iuſtam cauſam, vel infirmitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ habeantur pro præſentibus, abeſſe vltra tres menſes non poſſunt etiam vigore cuiuslibet ſtatuti, vel cõſuetudinis in quolibet anno ſecũdũ S. Cõc. Trid.

Seſſio. 24 c. 12. de reſor.

Sit

Cap. VII.

SIt igitur ad hoc vnus de Sacerdotibus, qui curã habeat adnotare defectus in non residendo, per nos eligendus, qui fideliter procedat, cui cõgrua portio dabitur pro labore

Cap. VIII.

NVllus capitularis, vel alij, qui tenentur assistere in Choro, intrent sine superpellicia dictũ Chorum, dum diuina peraguntur, nec Beneficiati, Curati, nostræ Diœcesis, quando casu aduenerint, aliâs repræhendantur à Præsidenti.

Cap. IX.

DVm Missa maior celebratur in Altari maiori in nostra Ecclesia Cathedrali in diebus solemnibus, nullus celebret Missam.

Cap. X.

NOlumus prætere, vt in eodem Altari maiori, vt quis ante, vel post Missam maiorem celebret Missam.

Cap. XI.

IRreuerenter facit, qui sine iusta causa, & licẽtia Prȩsidentis in Choro ab eo recedit, dũ diuina officia celebrãtur, vel dũ verbũ Domini explicatur, & grauiter reprȩhendatur. *C. Sacerdot. de consec. dist. 1.*

Cap. XII.

VOlumus, vt in nostra Ecclesia Cathedrali præcipuè vnicuique festo solemni seruetur debita solemnitas, cum cappis Chori consuetis, idque etiam in reliquis Ecclesijs seruetur, vbi sufficiens numerus Clericorum reperitur.

Cap. XIII.

IN Choro semper adsit vnus, qui præsideat Dignitas, vel Canonicus, vel Beneficiatus, vel Sacerdos antiquiorum, qui curam habeat ordinandi, & regendi Chorum, quando debeat officia diuina incipere, & quod omnia fiant deuotè, & quietè, pausatim, sine celeritate immoderata, reprȩhendentes confabulantes, vel reliquos turbantes, & inquietantes, quos moneat, & reprȩhendat, prout viderit expedire. Et

ſiquis inobediens fuerit mulctetur tribus tarenis, & fabricę aplicentur. Si verò exceſſus notabilis fuerit, grauius per nos vel Vicarium noſtrum arbitrariè punietur.

Cap. XIIII.

C. 1. de vita, & honeſta. NOn decet, dum diuina officia celebrantur, vt laici in Choro interſint, quod à iure eſt prohibitum, quod nos etiam ſub excommunicationis pœna inhibemus, ne ſeculares admittantur, Capitanei, nec iurati, nec etiam ad audiendum verbum Dei, ſed in alio loco decēti extra Chorum ſedeant. Idque etiam ſeruetur in alijs Eccleſijs. Si quis in hoc inobediens fuerit à diuinis ceſſent donec exeat, & debitè puniatur ſecundum exceſſus modum.

Cap. XV.

FOeminæ verò nullo modo in Choro, nec in Cappella maiori prope Altare admittantur.

Cap. XVI.

IN ſedibus altioribus in noſtra Eccleſia non ſedeant, niſi Sacerdotes, in inferioribus in ſacris conſtituti, reliqui in banchis, & ad canendum ſurgant omnes, & in hoc præſes aduertat, vt hæc regula ſeruetur.

Cap. XVII.

SIt præterea vnus Magiſter cærimoniarum bene inſtructus, qui diligenter inſtruat qualiter in diuino cultu cærimoniæ ſint obſeruandæ.

Cap. XVIII.

NOnnulli Canonicatus reperiuntur extraordinarij, qui nihil habent in redditibus, nec Eccleſiæ deſeruiunt. Ideo ordinamus, vt mortuis poſſeſſoribus amplius non prouideantur, & ſolum conſeruetur numerus duodecim Canonicatuum ordinariorum in Eccleſia deſeruientium.

Cap. XIX.

CAntores (ſi fieri poſſit) omnes Clerici ſint, & hoc monemus, vt dū canūt corde cogitent, quod ore proferūt. Et meminerint ſe officiū habere laudādi Deū inſtar Angelorū.

Profanæ

Cap. XX.

PRofanæ cantilenæ omnino in Choro prohibeantur, nec ad organum.

Cap. XXI.

DVm organum canit, in Choro id voce explicetur.

Cap. XXII.

IN Sacristia cum modestia omnes superpelliciã sumant, & finito officio in eodem loco dimittatur.

Cap. XXIII.

REliquæ Ecclesiæ sequantur ordinem Ecclesiæ Cathedralis, vel alterius matricis in pulsatione campanarum præcipuè in Sabbatho Sancto, & in Angelica salutatione in principio noctis, & diei, & in meridiana hora, & vespertina. Matutinum verò dicatur prout in vnaquaque Ecclesia seruatur, & qui in hoc excesserint corrigantur. *Bulla 14. Leonis X.*

Cap. XXIIII.

OPorter, vt cum nos Missam & Vesperas solemnes celebramus, vel alia pōtificalia exercemus, vt dignitates, & Canonici & reliqui Clerici assistant, & in necessarijs deseruiant (vt laudabilis consuetudo inoleuit in nostra Ecclesia) & Concilium Tridentinum ordinat. *C. Eps de de consec, dist. 1. Sessio. 24. ca. 12. de refor.*

Cap. XXV.

OMnes dignitates, & Canonici quando admittuntur ad possessionem capiendam intra duos menses tenentur corã nobis, vel Vicario nostro generali cõfessionẽ fidei facere, & corã capitulo, iterũ secundũ formã Bullæ Pij IIII. *Bulla Pij Quarti.*

Cap. XXVI.

ITem ordinamus, vt in nostra Ecclesia seruetur ordinis diuisio, in dignitatibus, & Canonicatibus, sacerdotalibus, & diaconalibus, prout iam per prædecessorem nostrũ est ordinatum, secundum Conc. Triden. *Sessio. 24 ca. 12. de refor.*

Cap. XXVII.

QVi Chorũ ingrediť reuerẽtia facta versus Altare cũ genuflexione statim debitã reuerẽtia p̄sidi faciat, & reliq̃s

De Congregatione Capituli.

Cap. I.


ONVENIT vt Capitulares conueniant quando neceſſitas acciderit ad tractandum negotia neceſſaria: monemus, vt cõgregationes fiant tẽpore, quominus impediantur diuina officia.

Cap. II.

CONgregari poterunt de mandato Decani, cui hoc de conſuetudine competit, vel alterius ob eius abſentiam antiquioris ſigno conſueto campanæ.

Cap. III.

NEgotia, quæ ibidem tractanda ſunt, ab eo proponãtur, qui Capitulo præeſt, & ordine ſeruato ſine tumultu cum gauitate vocem ſuam, ſeu votũ explicet vnuſquiſque.

Cap. IIII.

QVando aliquem de Capitulo negotium tangit, à Capitulo exeat, dum negotium agitur.

Cap. V.

C. fin. de hijs, quæ fiũt à prælato in arg.

SI verò negotium tangat Archipresbyteros, & reliquos de Clero, iuſtum eſt, vt per literas eos vocent ad id tractandum conſtituto termino, quo finito, quod à maiori parte concluſum ſit per præſentes, obſeruetur.

Cap. VI.

MOnemus fratres noſtros Capitulares, vt in die quintæ feriæ ſeptimanæ ſanctæ ſummo mane ſe congregent in Capitulo, & cũ charitate vnuſquiſq; ab alijs veniã petat, & fraternaliter concilientur, vt dignius cõmunicari valeant.

De Archiuio noſtræ Eccleſiæ.

Cap. I


N Arca forti, vel Armario in muro bene ordinato cuſtodiantur priuilegia, & ſcripturæ omnes ad noſtram Eccleſiam pertinentes, & tribus clauibus claudatur

datur, vna penes Prælatum detineatur, altera penes Capitulum, & alia penes Maragmerium Ecclesiæ maioris, & nullus sine alijs aperiat, nec exeat scripturas, & curent diligenter ne corrodantur.

Cap. II.

Sit vnus liber, vbi priuilegia copientur authenticè, & reliquæ scripturæ vtiles, vltra originalia, & quando necesse fuerit pro vtilitate Ecclesiæ extrahi, incontinenti claudatur.

De Reliquijs, & veneratione sanctorum, & de festiuis diebus, & obseruatione ieiuniorum.

Cap. I.

Docet, & docuit semper Sacrosancta Mater Ecclesia catholica, gloriosos Sanctos, eorũque reliquias venerari, nam fuerunt templum Dei, & membra Christi, & organum Spiritus sancti, & imagines Christi Saluatoris nostri, & Deiparæ virginis Mariæ, & aliorum sanctorum habendas, eisque debitum honorem, & venerationem exhibendum.

Cõc. Trid. sessio. 25. tract. de inuocatione sanct. in prin.

Cap. II.

Reliquias verò Sanctorum, de nouo repertas, vel miracula noua, nullus admittat absque noua recognitione, & approbatione iuxta ordinationẽ S. Conc. Trid. nec ante depingatur miraculũ, quã veritas legitimè cõprobet.

Vbi supra.

Cap. III.

Reliquiæ Sanctorum venerabiliter, & fideliter custodiantur in sacrario, vel alio loco decenti, vt in Sacristia, tribus clauibus, quarum vnam habeat Archipresbyter, alias verò duo ex Capellanis Ecclesiæ, vel duo Sacerdotes antiquiores. Et prohibemus sub excommunicationis maioris pœna, ne aliquis sine expressa licentia nostra audeat aliquid dictis reliquijs tollere.

Crux

Cap. IIII.

CRux nullo modo depingatur in loco vbi pedib' cõculcari possit, siue in monumẽtis, seu sepulchris defunctorũ, siue in alio quocũq; loco, & si quæ est intra mensẽ tollat.

Cap. V.

ITem prohibemus, ne imago Sancti Antonij, vel alterius Sancti, vel Crux depingatur in loco immundo, ne ibidem immunditiæ mittantur.

Cap. VI.

IN locis publicis maximè in domib' laicorũ, nullo modo permittat̃ imagines Sãctorũ depingi, sine nostra licentia.

Cap. VII.

DIes festos ad Dei gloriam, & honorem instituit mater Ecclesia, vt in eis fideles liberius, ac expeditius diuinis obsequijs vacarent, orationibus, eleemosynis, prædicationibus, indulgentijs, hymnis, psalmis, & canticis spiritualibus, & non solum ab operibus seruilibus se abstinerent, verum etiam à vitijs, & voluptatibus, & illicitis, actibus, vt per bona opera, per sanctorum imitationem, & intercessionẽ, ad eorum gloriam peruenire valeamus. Ideo sequentes dies festos omnibus obseruandis iniungimus.

C. 1. & c. conq. est de ferijs. C. de hymnis, de consec. dist. 1.

Dies solemnes obseruandæ per Diœcesim Mazariensem.

IN MENSE IANVARII.

1 Circumcisionis D. N. Iesu Christi.
6 Epiphaniæ Domini.
20 SS. Fabiani, & Sebastiani,

IN FEBRVARIO.

2 Purificationis beatæ Mariæ virginis.
24 Sancti Matthiæ Apostoli.

IN MARTIO.

25 Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis.

IN APRILI.

25 Sancti Marci Euangelistæ.

IN MAIO.

1 Sanctorum Philippi, & Iacobi Apostolorum.
3 Inuentionis Sanctæ Crucis.

IN IVNIO.

24 Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ.
29 Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum.

IN IVLIO.

2 Visitatio beatæ Mariæ Virginis.
22 Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & cõceduntur 40. dies indulgentiæ eam obseruantibus intra Ciuitatē Maz.
25 Sancti Iacobi Apostoli.

IN AVGVSTO.

6 Transfiguratio D. N. Iesu Christi tituli nostræ Ecclesiæ Mazariensis.
10 Sancti Laurentij Martyris.
15 Assumptionis beatæ Mariæ virginis.
24 Sancti Bartholomæi Apostoli.

IN SEPTEMBRI.

8 Natiuitatis beatæ Mariæ virginis.
21 Sancti Matthæi Apostoli.
29 Sancti Michaelis Archangeli.

IN OCTOBRI.

28 Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.

IN NOVEMBRI.

1 Omnium Sanctorum.
2 Commemorationis defunctorum vsq; ad meridiem.
11 Sancti Martini Episcopi, & Confessoris.
30 Sancti Andreæ Apostoli.

IN DECEMBRI.

21 Sancti Thomæ Apostoli.
25 Natiuitatis D.N.Iesu Christi cũ trib⁹ diebus sequētib⁹.

Dies Dominicales omnes religiosè etiam obseruentur. *c.1.de ferijs.*
Festa mobilia etiā sunt obseruanda Paschatis gloriosissimę Resurrect. D.N.Iesu Christi cũ duob⁹ dieb⁹ sequētib⁹.

Ascen-

Aſcenſionis Domini.
Penthecoſtes cum duobus ſequentibus.
Corporis Chriſti.
SS. Patronorũ Ciuitatum, Terrarũ, & locorũ in eorũ locis.

Item ſeruetur ſolemniter feria quinta Iouis ſancti, donec finita ſint officia hoc eſt, vſque ad meridiem.

Cap. VIII.

HOs dies feſtos (vt diximus) ſolemniter obſeruari mandamus expreſsè: reliquos verò cuſtodire non arctamus, ſed vniuſcuiuſque deuotioni, & voluntati relinquimus. In dictis verò ſolemnibus diebus nullum quid ſeruile faciant, nec nundinas, ſeu feras, nec mercata, nec occupentur in emptionibus, nec venditionibus, & claudant portas vendentes, ne res venales pateant tranſeuntibus, ſub pœna tarenorum ſex pro vnaquaque vice, quorum vnus detur denuntiatori, alter iudici, reliqui pauperibus.

C. 1. de ferijs, & c. conqueſtus ibid.

Cap. IX.

PRopter neceſſitatem tamen declaramus, quòd ante Miſſam maiorem Eccleſiæ Parochialis, & poſt finitam poſſint apothecarij vendere medicinas pro infirmis medicãdis: & reliqui ceram pro funere defuncti, & panem, & vinum, & carnem, & res commeſtibiles prò victu humano neceſſarias, contrafacientes dicta pœna puniantur.

C. licet de Ferijs.

Cap. X.

SVb eadem pœna prohibemus, ne quis dum miſſa maior celebratur, vel prædicatur Dei verbum, vel ſolemnis proceſſio fit, audeat ludere ad chartas, vel rullum, nec ad alium ludum, aliâs puniatur debitè.

C. qui die ſolenni. de conſe. diſt. 1.

Cap. XI.

EOdem modo poſt Miſſam maiorem in menſibus Iunij, Iulij, Auguſti, & Septembris, propter neceſſitatem ordinariam poſſint Molendini molere, & Hortulani adaquare hortos, & Ferrarij viatorum animalia ferrare, & ſi timor ſit tempeſtatis, meſſes, & vendemias facere, vel ſi periculum

C. licet de Ferijs.

imminet,

imminet in Tonnarijs si differatur captura, vel si cursus piscium transeat petita licentia à Vicario, vel Archipresbytero, vbi Vicarius non est, & facta aliqua eleemosyna fabricæ Ecclesiæ Parochiali, liceat etiam audita Missa, & non aliàs sub dicta pœna, & succedente aliquo dubio, consulatur Vicarius generalis.

Cap. XII.

MAndamus prætereà, quòd in dictis diebus solemnibus omnes audiant Missam integram, & monemus, vt audiant Missam maiorem in Parochia, & eam audientibus concedimus dies quadraginta indulgentiæ.

Cap. XIII.

SEruent omnes, etiam religiosi, dies festos, quos obseruandos in nostra Diœcesi declarauimus, & interdicta, & censuras. *Cōc. Trid. sessio. 25. c. 12. de refor.*

De ieiunijs.

Cap. XIIII.

IVbet sancta mater Ecclesia, certos dies anni carnem ieiunijs macerare, vt discat spiritui obedire, quot etiam mandamus diligenter obseruare, scilicet.

Quadragesimam præter Dominicas.

Quatuor tempora.

Vigiliam sancti Matthiæ Apostoli.

Vigiliam Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ.

Vigiliam sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum.

Vigiliam sancti Iacobi Apostoli.

Vigiliam sancti Laurentij Martyris.

Vigiliam Assumptionis beatæ Mariæ virginis.

Vigiliam sancti Bartholomæi Apostoli.

Vigiliam sancti Matthæi Apostoli, & Euangelistæ.

Vigiliam sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.

Vigiliam omnium Sanctorum.

Vigiliam sancti Andreæ Apostoli.

Vigiliam ſancti Thomæ Apoſtoli.
Vigiliam Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Vigiliam Penthecoſtes.

Cap. XV.

MAndamus, vt omnes habentes viginti, & vnum annos completos, in dictis diebus ieiunent abſtinendo à car nibus, & alijs cibis ab Eccleſia prohibitis ſecundum morẽ, & obſeruantiam eiuſdem, niſi iuſta aliqua cauſa ſubſit.

Cap. XVI.

NVllus in dictis diebus carnem manducet, niſi ex iuſta cauſa, & licentia in ſcriptis in Ciuitate à noſtro Vicario generali conceſſa, & extra à Vicario foraneo, vel Archipresbytero, cum conſilio medici, quibus conſcientiam oneramus, & contraueniens ſoluat ſcutum, pro eleemóſyna pauperibus diuidenda.

Cap. XVII.

PRohibemus præterea, ne in Quadrageſima carnes vendantur, nec alicui vendatur, del detur, ſine dicta licentia, & Macellator, qui contrarium fecerit, ſcutum ſoluere compellatur, & pauperibus tribuatur.

QVINTA

QVINTA PARS

De Rescriptis, & Delegatis.

Cap. I.



ORDINAMVS, vt quando aliquis processus, vel mandatum alicuius Iudicis, vel Delegati, qui se appellet Apostolicum, vel Subexequutorem, aut Conseruatorem alicui dirigatur: eum monemus, vt nos certiores faciat ad hoc, vt consultius, & prudentius exequi valeant superiorum mandata.

Cap. II.

PRæterea quando tradi debeat possessio alicuius beneficij per aliquem Clericum nostræ Diœcesis, ne per ignorantiam aliquis error possit contingere. Hortamur, vt nos, vel Vicarium nostrum generalem consulet.

Cap. III.

INsuper sacrum Concilium Tridentinum exequentes nominamus sequentes personas Ecclesiasticas, quibus negotia Ecclesiastica committi possunt à sede Apostolica, vel à quocumque Delegato, vel Nuntio Apostolico, scilicet D. Io. Vincentium Manella V.I.D. nostræ Ecclesiæ Mazariensis cantorem. D. Ioseph de Gratiano Archidiaconũ. & D. Philippum de Olueri Decanũ. D. Alphonsum Diaz Vicarium generalem, & Canonicum eiusdem Ecclesiæ.

Cap. IIII.

QVando contigerit, quod aliquis præsentetur, vel eligatur, vel nominetur à quibusuis personis Ecclesiasticis etiam à Nuncijs Apostolicis ad Ecclesiasticum beneficium, iubet S. Tridentinum Concilium, vt non instituatur, nec *Cõc. Tri. sessio. 7. cap. 13.*

confirmetur, nec admittatur nisi fuerit prius ab ordinario loci examinatus, & idoneus repertus, id etiã seruetur quan do à patrono præsentatur, quocũq; vt disponit S. Conciliũ.

Sessio. 14 c. 13. de refor. & cap. 12.

De Vicario generali.

Cap. I.



VRET Vicarius, vt competenti hora quolibet die non feriato, in tribunali nostro, ad hoc destinato audiat litigantes, vt facilius, & breuius lites terminentur, & negotia.

Cap. II.

CAusæ modici momenti sine scriptis terminentur.

Cap. III.

CAusas matrimoniales, & alias graues non committat, & testes in sua præsentia examinentur.

Cap. IIII.

COntra complices eiusdem delicti vnus tãtum fiat processus, si possibile fuerit.

Cap. V.

NOn permittat, vt aliquis ex officialibus nostris aliquid plus petat à litigantibus, quàm per pandettas, & cõsuetudinem laudabilem conceditur, sub pœna quadrupli.

Cap. VI.

IN fine ꝓcessus expẽsę describãtur, etiã si pars nõ petierit.

Cap. VII.

PRohibemus, ne Vicarius generalis, nec alij Foranei, ne Visitatores munera recipiant, maximè à litigantibus: aliâs contraueniens in foro conscientiæ, illud quod recepit, restituere teneatur.

Cap. VIII.

COmmissiones generales non fiant ad recipiendas informationes ob delicta, nisi præcedente denuntiatione, vel fama, secundum ius.

Cap. IX.

TEneatur ipse simul cum Fiscali, & Notario quolibet Sabato die, causas Fiscales, & omnia negotia pendentia deferre ad nos, vt prouideant, vt conuenit, nisi necessitas negotiorum breuius tempus exegerit.

Cap. X.

VIsitet etiam carceres semel in hebdomada.

Cap. XI.

PRocessionibus solemnibus intersit, & curet, vt omnia ordinatè fiant cum deuotione, & sine tumultu, & differentias succedentes componat.

De Archipresbyteris, & alijs curam animarum habentibus.

Cap. I.



QVi aliorum curam gerunt summa ope euigilare habent, ne quis illorũ culpa pereat, & dominus de eorũ manibus animã requirat. Ideo Curati omnes solicitè intendant animarum saluti. *Cõc. Tri. sessio. 24. cap. 12. de refor.*

Cap. II.

QVem nouerint in peccato manere cum charitate, & prudentia admoneant: quod si se non correxerit denuntient prælato, seruata forma Euangelicæ correctionis.

Cap. III.

A Dominica sexagesima vsque ad Quadragesimam omnium suorum Parochianorum, qui confiteri tenentur, matriculam faciãt, & illorum etiã, qui cõmunicare debent.

Cap. IIII.

MOneãt etiam populũ in omnibus Dominicis diebus Quadragesimæ, vt se præparent ad confitendum peccata sua, & ad recipiendum sacrosanctam Eucharistiam, à Dominica palmarũ vsque ad octauã Paschæ resurrectionis Dominicæ, & quod in hoc deficiẽtes grauiter sunt puniẽdi.

Curent

Cap. V.

CVrent diligenter, vt per ſe vel alios in Dominicis diebus anni, & alijs ſolemnitatibus verbum Dei publicè proponatur populo, & ſecundum capacitatem audientiũ, quæ ſunt vtilia, ſaluti animarũ in explicatione S. Euãgelij.

Cap. VI.

DEclarent præterea ſingulis Dominicis diebus dies feſtos illius ſeptimanæ, & ieiunia, & obligationem, qua ad hoc obſeruandum aſtringuntur, & quod Miſſam deuotè, & integrè audiant.

Cap. VII.

HAbeant Curati domum ſuæ habitationis iuxta Eccleſiam, vt commodius poſſint ſuorum Parochianorum neceſſitatibus ſubuenire.

Cap. VIII.

Cõc. Tri. ſeſſio 24. cap. 1. de refor.

HAbeant librum bene ordinatum, in quo in vna parte ſcribantur nomina illorum, qui baptizantur, & parentum, & patrinorum, & baptizantium, cum die, menſe, & anno: & in alia parte ſcribantur contrahentes matrimonium, cum nominibus teſtium: & in alia parte, illi, qui confirmantur: & in alia parte eiuſdem libri nomina morientiũ in ſua Parochia; & hoc fiat cũ magna diligentia, ita vt nulla poſſit oriri dubitatio, quãdo op⁹ fuerit illi⁹ libri auctoritate.

Cap. IX.

HAbeant etiam in Sacriſtia, vel alio loco tutò armariũ fideli cuſtodia conſeruatũ, vbi reponatur dictus liber, quando fuerit completus, vt ibidem cuſtodiatur, pro neceſſitatibus occurrentibus, & non extrahant illũ ab Eccleſia.

Cap. X.

ADminiſtrent per ſe Curati Sancta Sacramenta, (vt tenentur) nec alium ſubſtituãt ſine noſtra aprobatione, & examine, quando iuſtè fuerint impediti.

Cap. XI.

PVblicè in Eccleſijs Parochialibus appendatur tabella, in

qua

qua Doctrina Christiana describatur, & festiui dies, & ieiunia. Et si ibidẽ fuerit Confraternitas Sanctissimi Sacramenti, in alia tabella describantur indulgentiæ illius, ita vt omnes commodè possint legere.

Cap. XII.

HAbeant curam animarũ habentes libros necessarios, ex quibus scire possint, quod est necessarium pro suorum Parochianorum regimine, præcipuè monemus, vt habeant Concilium Tridentinum, & eiusdem Cathechismũ, & summam de Canisio Societatis Iesus, & summam Siluestrinam, & Manuale Doctoris Nauarri, & summam Sacramentorũ, & librum Sacerdotalẽ, & has nostras Cõstitutiones Synodales, & alios, quos poterũt bonos, & catholicos.

Cap. XIII.

EX charitatis debito, Curati omnes plus ceteris tenẽtur, quos in sua Parochia quilibet cognouerit discordes, laborare quantum poterunt, vt eos ad concordiam reducãt. Nam ex inimicitijs Deus offenditur, & in republica grauia scandala contingit oriri.

Cap. XIIII.

VT autem ignorantia, quæ in rebus animarum salutem tangentibus periculosa est tollatur, ordinamus, quod Archipresbyteri, & reliqui Beneficiati curati, in Dominicis diebus, quando non fit prædicatio, finito Credo maioris Missæ, ipsi, vel alius pro eis dicant coram pòpulo vulgari lingua, Credo, Pater noster, Aue Maria, decem præcepta Dei, quinque præcepta Ecclesiæ, septem peccata mortalia, & Sacramenta Ecclesiæ, tres virtutes Theologales, & quatuor Cardinales, alta, & intelligibili voce, pausatim, & generalem confessionem. Et si eis videbitur vtilius, & cõmodius fieri post prandium, illud obseruent. Et negligẽtes circa hoc grauiter puniantur in visitatione. *Cõc. Tri. sessio. 5. cap. 2. de refor.*

Cap. XV.

ET quando Doctrina Christiana erit proponenda populo

pulo hora competenti fiat signum campana, vt tam pueri quam alij possint concurrere: & moneant curati parentes, & dominos, vt filios, & seruos, & famulos mittant, & habeant curam suæ familiæ.

Cap. XVI.

NEc Archipresbyteri, nec Capellani, vel Beneficiati curati, nec alij obligati ad Ecclesiæ seruitium audeant se absentare ab Ecclesia, vltra octo dies extra territorium vbi Ecclesia est sita, sine licentia Vicarij Foranei, vel nostra, vel Vicarij Generalis relicto tamẽ Substituto sufficienti, aliâs in Visitatione puniantur attenta qualitate excessus.

Cõc. Tri. sessio. 5. cap. 2. de refor. & sessio. 6. cap. 2. & sessio. 23. cap. 1. de refor.

Si verò iusta causa absentiæ subsit de nostra licentia in scriptis gratis concedenda per bimestre, poterunt abesse, relicto tamẽ idoneo Substituto per nos, vel Vicarium nostrũ Generalem approbãdo cũ moderata mercede. Si tamen vrgẽtissima necessitas absẽtiæ adhuc duret, prorogari poterit, dũ tamen vltra tres menses nõ excedat. Si verò per sex menses absfuerit, dimidia parte fructuum sui beneficij priuetur, & fabricæ suæ Ecclesiæ applicetur. Si verò per annum omnibus fructibus priuetur: & hac præsente Constitutione prædictis Ecclesijs Parochialibus, & Curatis declaramus priuatos, alijsq; conferendas, citatis tamen ipsis per edictũ, vt manifestius contumacia illorum conuincatur.

Cõc. Tri. sessio 24. c. 12. de refor.

Cap. XVII.

HAbentes alia beneficia, quæ de iure, vel consuetudine residentiam habent annexam, cogantur iuris remedijs residere, vt S. Concilium Tridentinum determinat.

Sessio. 6. cap. 2. de refor.

Cap. XVIII.

ARchipresbyteri, & reliqui Curati, in Quadragesima, vel in reliquo anni tẽpore, Cõpletoriũ, vel Salue Regina; & in septimana Sãcta Tenebras nõ dicãt, nisi cõpetẽti hora, ita vt ante noctẽ finiãtur ad euitãda multa inconuenientia.

Cap. XIX.

INquirant præterea Archipresbyteri orphanas pauperes, quæ

quæ ob paupertatem periclitari possent, & earum nomina, & cognomina, & ætatem ad nos mittant (vt Deo auxiliante) possimus de remedio prouidere.

Cap. XX.

QVia in mortis articulo inimicus noster diabolus fortius tentare solet: ideo oportet, vt Archipresbyteri, & alij Curati, & reliqui personæ religiosę diligentius inuigilent, morientes ad contritionem, & implorandam Dei misericordiam fortes reddẽdo, spem firmam habentes in meritis passionis, & mortis redemptoris nostri Iesu Christi, qui pius, & misericors est, & omnes vult saluos fieri, & vt vera fide resistant tentationibus dæmonis, recitentque psalmos, & spiritualia opera, & orationes ab Ecclesia ordinatas in Sacerdotali libro: procurantes, vt nullum impedimentum fiat morientibus: &, quia multum interest, conscientiam curatorum, & aliorum oneramus.

Cap. XXI.

BEneficiati Curati, vbi duo, vel tres fuerint, omnes attendant ad residentiam in Ecclesia pro necessitatibus, quæ occurrere solent, sciant se ad hoc obligatos, nec possint hebdomadatim seruire, nam hoc esset, ac si vnus tantum esset Beneficiatus, & multoties in administratione Sacramentorum defectus committerentur, ob multitudinem subditorum, & qui in hoc deliquerint in visitatione puniantur.

Cap. XXII.

CVrent etiam Curati, simul cum toto Clero, vt sit vnus Magister Musicæ, qui reliquos doceat cantare, cum multum sit necessarium ad ornatum cultus diuini.

Cap. XXIII.

QVando eligendi sunt Beneficiati curati ad Ecclesias Parochiales, per publicum Edictum vocentur, qui illas velint pretendere competenti termino dato ad comparendum, vt examinentur, & fiat electio Canonica. Cõc Tri. sessio. 24. 15.

Cap. XXIIII.

Bulla Pij Quarti.

OMnes Archipresbyteri, & reliqui Curati intra duos menses à die adeptæ possessionis tenentur præstare iuramentum, & fidei catholicæ professionem, secundum formam Bullæ Pij Quarti fœl. recordationis.

De Vicarijs Foraneis.

Cap. I.

IVSTVM est, vt Vicarij Foranei à Sacerdotibus, & reliquis Clericis honorificè tractentur, eisdemque reuerentiam præbeant, tamquam nostrum locum tenentibus. Et hortamur, vt Vicarij, & reliqui Curati semper sint vniti charitate, sine differentia, tamquam Dei ministri.

Cap. II.

POssunt Vicarij denuntiationes, & accusationes recipere, & inquisitionem facere in delictis occurrentibus, & negotijs absque carceratione (nisi periculum fugæ timeatur) vel alia vrgens causa interueniat, teneanturque incontinenti informationes, & omnia acta ad nos remittere intra quindecim dies, sub pœna vnciarum quatuor.

Cap. III.

PRohibitum est eisdē Vicarijs, quos semel carcerauerint, absque licentia nostra, vel Vicarij nostri generalis excarcerare, sub eadem pœna.

Cap. IIII.

PRæterea dicti Vicarij, nullo modo possunt excommunicationes proferre pro rebus deperditis, vel subtractis, sed ad nos oportet recurrere.

Cap. V.

VIcarij officium vltra biennium non duret, sine nostra confirmatione.

Quando

Cap. VI.

QVando Beneficiatus, vel Capellanus alicui Ecclesiæ, vel Capellæ deseruiens moriatur, Vicarius nobis notificet, & si iuris patronatus fuerit Ecclesia, vel Capella, moneat patronum, vt idoneum præsentet, vt à nobis possit confirmari.

Cap. VII.

CVrent diligenter, vt si peccata publica fuerint, primitus probationes recipiant, & ad nostrũ Tribunal remittãt.

Cap VIII.

PRohibemus etiã, ne dicti Vicarij causas criminales, nec matrimoniales, nec beneficiales, nec decimales, nec dispensationes tractare præsumant.

Cap. IX.

PErmittimus tamen eisdem, vt ciuiles causas vsque ad quatuor vncias iudicare possint, & de illis cognoscere. Vltra verò sententia sit nulla: & aduertant, ne fraudulenter debitum diuidant, vel cedant, sub pœna priuationis officij, & quatuor vnciarum.

Cap. X.

SOlertem etiam curam habeãt circa Clericorum omniũ vitam, & honestatẽ, & obseruantiã istarũ Constitutionũ: & si moniti non se emendauerint ad nos relationẽ mittant.

Cap. XI.

VIsitent Hospitales, & intelligant, an quæ per nos fuerunt ordinata, eisdem diligenter obseruent.

Cap. XII.

VIgilanter intendant, vt festiuos dies omnes seruent, exequentes pœnas contra non obseruantes, & in hoc Ærarij sint diligentes.

Cap. XIII.

ADuertãt præterea, ne in domibus, vbi hospites ad commorandum recipiuntur, inhonestę fœminæ sint, quæ incentiuum peccandi eisdem præbeant.

Cap. XIIII.

ORdinamus etiam, vt Vicarij semel ad minus quolibet anno congregent omnes Clericos in Sacristia, vel in aliquo loco decenti, vbi istę Cōstitutiones Synodales legantur, ne per ignorantiam contingat contrauenire.

Cap. XV.

PRohibeant, ne fœminæ in processionibus, vel extra domos proprias se disciplinent, nam hoc inhonestum videtur, nec etiam permittant in die Resurrectionis Domini nostri publicè se disciplinantes.

Cap. XVI.

CLericos extraneos ad Missas celebrandum non admittant, nisi ostenderint literas dimissorias authenticas suorum Prælatorum.

Cap. XVII.

NEminem ad prædicandum, vel confessiones audiendū etiā admittant, sine nostra expressa licentia in scriptis.

Cap. XVIII.

C. a nobis & aposta. Bulla.

CVram etiam habeant, quos eis notoriè constiterit apostatas esse, & à religione fugitiuos carceribus recludere, nisi incontinenti dispensationem, vel legitimam licentiam ostenderint, quam illicò ad nos remittant (ipsis verò carceratis) vt diligenter veritas examinetur.

Cap. XIX.

QVando contigerit Ecclesias Parochiales vacare, vel beneficia curata per obitum, vel per resignationem, vel ingressum religionis, vel alium quemcumque modum, teneantur Vicarij de hoc literas ad nos mittere intra triduū, vt possimus prouidere Substitutum, qui possit animarū curā gerere interim, quod de Rectore, vel Curato prouidet.

Cap. XX.

C. secūdo & iudicijs

IN omnibus casibus in quibus, causæ cognitio conceditur Vicarijs, & illius decisio, ipsi per se faciant, habito consilio ab Assessore (quem vulgariter Iudicem vocāt) nulloq;

modo

modo dictis Assessoribus hoc licet cum regulariter seculares sunt, quibus à iure prohibitum est Ecclesiastica negotia iudicare, & ita imposterum obseruetur, non obstante consuetudine.

Cap. XXI.

VTile iudicamus, vt Vicarij in prima Dominica Quadragesimæ legere faciant Edictum, quo in visitatione vti solemus, & si quis aliquid reuelare voluerit, in scriptis recipiat depositionem, & ad nos remittat.

De Fiscalibus, & Notarijs.

Cap. I.


QVi creandus est Fiscalis, sit Clericus, & habitum decentem deferat, si possibile sit.

Cap. II.

PEccata, & crimina publica, & manifesta diligenter inquirat, & ea denuntiet nobis, vel Vicario nostro generali. Occulta verò peccata non reuelet.

Cap. III.

NIhil recipiat à partibus accusatis, donec sententia condemnatoria feratur, & tunc solum partē recipiat, quæ secundum has nostras Constitutiones Diœcesanas ei competit, aliâs quadruplum restituere cogatur pro prima vice, pro secunda priuetur officio.

Cap. IIII.

ORdinamus, vt quando extra Ciuitatem Mazariensem aliquis Fiscalis ex nostris denuntiauerit aliquod delictum, & receptæ fuerint probationes, & postmodum causa finita fuerit in nostro tribunali per Fiscalem eiusdem, quarta pars pœnæ pecuniariæ, qua condemnatus fuerit reus, diuidatur inter Fiscalem Ciuitatis Mazariensis, & alium forensem.

Præterea

Cap. V.

PRæterea volumus, vt Notario Vicarij Foranei ius laboris mittatur, quando ipse informationes scripserit in criminalibus, vel ciuilibus causis secundum Pandectas.

Cap. VI.

Sessio. 22 cap. 10. de refor.

SEquendo sancti Concilij Tridentini determinationem, ordinamus, vt nullus Notarius (etiam si sit Apostolicus) vtatur officio suo, nisi prius per nos, vel Vicarium nostrum generalem fuerit examinatus, & approbatus, & cōtrarium faciens, arbitrio nostro punietur.

Cap. VII.

FIscalis non sit præsens, quando rei examinãtur, & testes.

Cap. VIII.

NEminem carcerare valeat Fiscalis, sine mandato nostro, vel Vicarij generalis.

Cap. IX.

QVando Notarij mutari contigerit omnia originalia, & scripturæ maneant in nostro Archiuio, & nullo modo extrahantur

Cap. X.

OFficium Notariatus numquam locetur, nec vendatur, sed gratis benemerito conferatur.

De AErarijs, seu Nuntijs.

Cap. I.



ASSISTANT Ærarij quotidie in audiẽtia Episcopali, vt prompti reperiantur, quando eorum ministerium necessarium fuerit.

Cap. II.

VNnusquisque die suo seruiat, & resideat, & qui defecerit, in hoc condẽnetur vno carlino, & diebus festiuis omnes concurrant ad domum nostram, & assistant omnes in processionibus, & alij foranei Ærarij eodẽ modo seruiãt.

Curent

Cap. III.

CVrent diligenter, ſi dies feſti obſeruantur, & contrafacientes denũciẽt, vt pœnis per nos impoſitis puniãtur.

Cap. IIII.

CAueant, ne aliquem occultè componant, nec aliquid loco pœnæ recipiant antequam per Vicariũ ſit declaratum, ſub pœna priuationis officij, & quadruplũ reſtituant.

Cap. V.

NVllum carcerare audeant, ſine ordine, & mandato noſtro, vel Vicarij Generalis.

De Magiſtris, & Prædicatoribus.

Cap. I.

ORDINAMVS, vt in vnaquaque Parochiali Eccleſia ſit vnus Magiſter, cui, ſi fieri poteſt, Eccleſia, vel vniuerſitas congruum tribuat ſalarium, vel ſtudentes ſoluant honeſtum ſubſidium, qui pueros inſtruat, & doceat, legere, & ſcribere, compotum, & Doctrinam Chriſtianam.

Cap. II.

SIt etiam Magiſter doctus, & habilis, qui doceat linguã Latinam adoleſcentes, & quantum fieri poteſt, fugiat lectiones Gentiliũ, vbi profana, & falſa doctrina cõtinetur, quæ multum incitat animos ad impietatem, & errores.

Cap. III.

NVllus audeat Magiſtrum ad docendos pueros, etiam gratis, etiam domi aſſumere, ſine noſtra licentia gratis concedenda, vt conſtet prius de ſua ſufficientia, & quod nõ ſit de prouincia ſuſpecta de fide, qui verò ſine licentia hac auſus fuerit docere, exulet à Ciuitate, vel loco per annum. *C. miſerã 61. diſt.*

Cap. IIII.

NEmo legere, vel ſecũ detinere audeat libros malę, vel ſuſpectę doctrinę declaratos ꝑ indicẽ librorũ ꝓhibitorũ *Cõc. Tri. ſeſſio. 5. cap. 1. ad fin.*

Curent

Cap. V.

CVrent etiam Archipresbyteri, & reliqui Curati, vt in vnaquaq; Eccleſia ſit aliquis vir doctus, qui poſſit docere caſus conſcientiæ, vt omnes poſſint intelligere, quæ pro ſalute animæ ſunt neceſſaria, tam Clerici omnes, quàm confeſſarij. Qui verò audire, neglexerit corripiatur, & licentia confeſſiones audiendi denegetur.

Cap. VI.

Seſſio. 5. cap. 1.

PRæterea in noſtra Eccleſia Cathedrali primam præbendam vacaturam decernimus concedendam Theologo, qui poſſit verbum Dei prædicare, & caſus conſcientiæ declarare, vt Sanctum Concilium Tridentinum ordinat.

Cap. VII.

ITem ordinamus, vt nullo modo in Eccleſijs permittantur ſcolæ puerorum: multa enim indecentia, & profana per eoſdem ſolent comitti. Ideo ſub pœna quatuor vnziarum mandamus, vt nullus ibidem doceat.

Cap. VIII.

ANtiqua, & laudabilis conſuetudo introducta eſt in noſtra Diœceſi, vt vniuerſitates locorum de publico ſubſidium præbeant Prædicatoribus ad explicandum verbum Dei in Quadrageſima. Ideo oportet, vt ſemper tales eligantur, qui quærant ſalutem animarum.

Cap. IX.

Conc. Tri. ſeſſ. 24. cap. 3. de refor.

MOnemus in domino omnes Prædicatores, vt ſemper vigilent, circa explicationem ſancti Euangelij occurrentis, & quando commodè fieri poſſit, curent populo declarare Articulos Fidei, Orationem Dominicam, Præcepta Decalogi, Sacramenta Eccleſiæ, & Peccata mortalia plano, & claro ſtylo, ſecundum capacitatem audientium, non ſua, ſed quæ Chriſti ſunt quærentes, hoc namque plus vtile eſt animabus.

Cap. X.

VItia, & peccata cũ modeſtia prudenter repræhendant generaliter

generaliter, non nominatim; plus enim operatur moderata correctiō cum charitate, quam rigoroſa indignatio, publicè verò peccantes ſcandaloſè, publicè etiā repræhendātur.

Cap. XI.

NVnquam Prædicatores publicè aliquem recomendet prætextu paupertatis, niſi prius videat licentiam noſtram, vel noſtri Vicarij, multoties namque decipiuntur ab aliquibus.

Cap. XII.

IN prædicationibus diſtinguantur viri à mulieribus, nec permittantur permixtim ſedere, vt occaſio peccandi tollatur, & Curati in hoc multum inuigilent.

Cap. XIII.

EVitent Prædicatores dum Paſſio Domini prædicatur ab eis, oſtendere populo repræſentationes, & ſtrepitus; multoties namque prouocant ad riſum, & indeuotionem.

De officio Sacriſtæ.

Cap. I.

HABEAT vnaquæque Eccleſia Parochialis Sacriſtam, qui cuſtodiat diligenter ornamenta omnia, & res Eccleſiæ, quæ ad cultum diuinum pertinent, quæ omnia ei traduntur ſub inuentario, & præſtet ſufficientem cautionem de reſtituendo, quando opus fuerit. *C. 1. de off. ſacriſ. c. 1 & 2. de off. cuſto.*

Cap. II.

SAcriſta in Eccleſia habitum Clericalem deferat, & dum diuina officia celebrantur ſuperpelliciam etiam, & repræhendatur, ſi in hoc deliquerit.

Cap. III.

CVram habeat Sacriſta ornandi Altaria præcipuè in diebus feſtiuis, & Chorum, & Eccleſiam curioſè, & adminus ſemel in ſeptimana totam Eccleſiam verrat.

Cap. IIII.

EIdem etiam incumbit campanas pulſare conſuetis horis ſecundum vniuſcuiuſque Eccleſiæ conſuetudinem, tam ad diuina officia, quàm ad ſalutationem Angelicam, & hora vna noctis pro animabus fidelium: & quando dies luceſcit, ad Pater noſter, vt vulgo dicitur: & quando in Miſſa maiori dicitur Sanctus.

Cap. V.

SInt ornamenta diligenter cuſtodita in armarijs extenſa non complicata.

Cap. VI.

NVllus permittatur in Eccleſia, vel cimiterio loqui cum fœmina, de qua confabulatione aliquid mali ſuſpicari valeat, ſed tamquam ſacrilegi expellantur, & de hoc curam habeat Sacriſta, & reliqui Clerici.

Cap. VII.

SAcriſtiam nullus ſecularis ingrediatur maximè dum ſacra fiunt, & ad portam apponatur tabella cum iniunctione excommunicationis, ne quis intret.

Cap. VIII.

SIt in Sacriſtia in loco conuenienti confeſſionarium, vbi Sacerdotum confeſſiones audiri poſſint.

Cap. IX.

CVret præterea Sacriſta, vt ſemper ſit aqua cum linteamine nitido in Sacriſtia ad lauandum manus ante celebrationem Miſſarum.

Cap. X.

CAueat Sacriſta, ne ignis ſuper Altaria, vel in Sacriſtia poſſit damnificare, & cum magna cautela cuſtodiatur.

Cap. XI.

SIt etiam intra Sacriſtiam tabula bene ordinata, vbi anniuerſaria deſcribantur, & quando debent fieri, & pro quibus ſunt Miſſæ celebrandæ, & quot, & Miſſæ etiam quæ in vnaquaq; Capella, vel Altari ſint dicẽdæ, & quibus diebus,

Cap. XII.

DEfectus circa Missas dicendas teneatur Sacrista adnotare, vt compellat adimplere, qui in hoc defecerit, ita vt diligenter satisfiat fideliũ intentioni, & si necesse fuerit, notificet Vicario, vel Archipresbytero, vt prouideant id, quod conuenit, super quo eorũ conscientias oneramus, tã Archipresbyteri, & Vicarij, quam Capellanorũ, & Sacristæ.

Cap. XIII.

CVstodiat præterea diligenter libros Ecclesiæ ad cultũ diuinum necessarios, quos sub inuentario recipiat, vt per eum rationem reddat.

Cap. XIIII.

ORnamenta pretiosa, quæ ad quotidianũ vsum necessaria non sunt, custodiantur in armarijs intra Sacristiã.

Cap. XV.

SAcrista in loco, vbi nullum fiat impedimentum, doceat pueros legere, & scribere, & Doctrinam Christianam, & inseruire celebrantibus Missas.

Cap. XVI.

VOlumus etiã, tam in nostra Ecclesia Cathedrali, quàm in alijs, vt quando aliquis Sacerdos indutus fuerit sacris vestibus ad celebrandum, vel cœperit indui, quamuis alius superueniat Dignitas, vel Canonicus nullo modo impediatur, quin prius celebret cum prius cœperit.

Cap. XVII.

ORdinamus Thesaurario nostræ Ecclesiæ Cathedralis, & alijs Sacristis Ecclesiarum, vt ornamenta, quæ sunt ordinata ad diuinum cultũ peragendũ in Altari maiori, nõ cõcedãtur alicui ad celebrãdũ in alijs Altaribus minoribus.

Cap. XVIII.

HAbeat quilibet Capellanus ornamenta necessaria ad celebrandum in suis Capellis, nec Sacrista, vel Thesaurarius cõmodet eis, quæ sunt Ecclesiæ, præcipuè ornamenta pretiosiora.

X a Thesaura-

Cap. XIX.

THesaurarius, vel Sacrista nullo modo permittant, vt in Sacristia fiant tumultus, vel vociferationes, vel aliquid indecens, & inordinatum committi, aliâs in hoc excedens repræhendatur; & si non acquieuerit incontinenti nobis, vel Vicario nostro generali denuncient, vt debitè puniatur.

Cap. XX.

CLaudat Sacrista portam turris Ecclesiæ, nec permittat ascendere aliquos sine necessitate, nec fœminas pernoctare, sub pœna priuationis officij, & carceris per mensē.

Cap. XXI.

QVando pulsandę sunt cāpanæ pro mortuis caueat Sacrista, ne longius consueto pulset campanas, nec relinquat hoc arbitrio illorum, qui solent aliquādo mitti ad hoc munus à parentibus, vel consanguineis defuncti.

De iuribus Curiæ Episcopalis, & qualiter diuidantur.

Cap. I.

QVANDO pro debito pecuniario fit executio in loco vbi curia Episcopalis residet, consueuerunt solui grana duodecim pro singula vncia. Si verò fiat executio per literas, soluuntur viginti grana pro vncia, & in vtroque casu dicta iura diuiduntur inter Iudicem, & Vicarium, & Magistrum notarium æqualibus portionibus.

Cap. II.

ITem pro iuribus purgationis, bandi, seu excommunicationis ob contumaciam, tareni septem, & grana decē, diuiduntur, vt supra, reseruata sua portione promotori Fiscali, quando de eius instantia fuerit processum.

Item

Cap. III.

ITem iura prouisionum, sententiarum, seu interlocutoriarum diuidãtut inter Iudicem, Vicarium Generalem, pro æquali portione, de quibus tarenus vnus pro qualibet vncia reseruatur Magistro notario pro iure collectoriæ.

Cap. IIII.

COnsueuit etiam solui tarenos sex pro iure prouisionis, interlocutoriæ in Domino nubendi tarenos quatuor Iudici, & tarenos duos Vicario Generali, vel referenti scripturas.

Cap. V.

PRo iure sigilli literarum citatoriarum & missionis cedulæ de audientia testium vnus tarenus soluitur.

Cap. VI.

MAgister verò notarius pro iure formæ quarumuis literarum, si eam fecerit, sub quauis forma hebeat tarenum vnum, & pro iure mandati alium tarenum, vltra grana decem, qui solui debent cõmissario pro iure registri, qui ipsas literas registrabit, pro literis verò citatorialibus de audientia testium, & ex missione cedulæ, quarum tenor non registratur, sed tantummodo notatur, nullum ius soluatur.

Cap. VII.

PRo iure sigilli literarum concedendæ licentiæ exteris matrimonium contrahendi in Diœcesi consuetum est soluere tarenum vnum, & alterum Magistro notario pro forma, & expeditione ipsarum literarum.

Cap. VIII.

PRo iure sigilli literarum monitorialium excommunicationis solui consueuerunt tareni quatuor.

Cap. IX.

PRo iure (vidit) quarumcumque literarum solui etiam consueuit tarenum vnum.

Consuetum

Cap. X.

COnsuetum etiam est in hoc tribunali pro absolutione à iuramento ad effectum agendi in iudicio, solui grana duodecim pro vnaquaque vncia. Volumus tamen, vt impo sterum solummodo soluantur grana decem pro singula vncia ad opera pia, vsque ad vncias sexaginta, vltra verò vna solum soluatur.

Cap. XI.

Sessio. 21 de refor. cap. 1.

PRo conficiendo instrumento, seu titulo ordinis, decima pars vnius ducati aurei.

Cap. XII.

PRo literis dimissorijs cuiuscumque Clerici volentis se absentare à Diœcesi, vnus tarenus soluatur Notario.

Cap. XIII.

PRo licentia intrandi, vel exeundi Monasteria monialium nihil soluatur.

SEXTA

SEXTA PARS

De Hæreticis, & Infidelibus, & de superstitionibus.

Cap. I.



VIA multoties hæretici tamquam lupi rapaces sub ouina pelle lupum gerunt, ideo Archipresbyteri, & reliqui curam habentes animarum solerter euigilare habent, vt cum primum aliquid erroneum, vel Hæreticum, vel malè sonans, vel temerarium, circa fidem nouerint, nos certiores faciant, vt prouideri possit, quod saluti animarum conuenit. *Cōc. Tri. sessio. 5. cap. 2. de refor.*

Cap. II.

ID etiam faciant, quando (quod absit) Prædicator aliquid simile dixerit contra fidem catholicam, vel legendo, vel disputando, vel quomodocumque. *Cōc. Tri. sessio. 5. cap. 11. de refor.*

Cap. III.

PRohibet sancta mater Ecclesia, ne quis libros Hæreticos, vel de fide suspectos habere, vel legere præsumat. Curent igitur Archipresbyteri, & habentes curam animarū habere Cathalogum librorum prohibitorum, & si quem librum prohibitum inuenerint ad nos mittant. *Cōc. Tri. sessio. 4.*

Cap. IIII.

NVllus præsumat propria temeritate sacram scripturā interpretari, falsos intellectus adducendo, contra eos, quos sancta mater Ecclesia declarat, nec illius auctoritates appropriare, ad profana, vana, vel iocosa, & scurrilia, aliàs grauiter punietur. *Cōc. Tri. sessio. 4.*

Caueant

Cap. V.

CAueant Prædicatores, ne ad populum rudem quæſtiones difficiliores, & ſubtiliores adducant, quæ ad ædificationem morum non faciunt, neque errores Hæreticorũ, nec eorum falſas rationes proponant, ſed veritates catholicas explicent, & ſuccinctè per errores tranſeant, ne dum hæc ſubtilia, & impertinẽtia oſtẽtationis (forte) gratia diſputant, errorum relatione puſillos ignorantes ſcandalizent.

Seſſio. 25 de purg. & ſeſſ. io. 24. c. 4. de refor.

Cap. VI.

SEruos, vel ſeruas infideles nullus audeat ad Eccleſiam intromittere dum Miſſa celebratur, & Archipresbyter, vel quilibet Sacerdos ab officio abſtineat, donec ab Eccleſia exeant, & ſi patroni moniti noluerint expellere, excommunicentur, & arbitrariè puniantur, à prædicatione verò infideles non excludimus.

Cap. VII.

NVllus Chriſtianus communicet cum infidelibus habitando ſimul in eadem domo, nec ad menſam, nec conueniant cum eis ad eorum nuptias, nec feſtiuitates, nec impia ſacrificia, & cæremonias ſuæ ſectæ, nec illis tradant filios ſuos ad nutriendos, nec ſuos ipſi fideles recipiant, nec illis ſeruiant, & qui contrauenerit pro prima vice ſex vncias ſoluat pro operibus pijs, & denunciatori quinta pars detur, & creſcente contumacia, pœna etiam creſcat.

C. Iudæi 2. et c. ad Hær. et c. & ſi Iudæos. De Iudæis.

Cap. VIII.

QVi carnaliter cognouerit fœminam infidelem, & de hoc conuictus fuerit decem vncijs condemnetur, & fiat iniunctio pœnæ viginti vnciarum; ſi verò peccatum fuerit occultum, abſolutio nobis eſt reſeruata.

Cap. IX.

SI verò fœmina Chriſtiana paſſa ſit ſe ab infideli cognoſci, & de hoc ſit probatio legitima, ſi vilis conditionis fuerit, publicè fuſtigetur, ſimul cum infideli. Si verò alterius conditionis viginti vncias ſoluere compellatur, & publicè

Oldra. 2. cõſi. ſin. Decius in c. 1. num 17. de conſti.

publicè pœniteat, occulti verò peccati in hoc absolutio ad nos pertinet.

Cap. X.

Bulla in cœna Domini.

DEferentes ad infideles arma, & alias res prohibitas sciant se excommunicationem maiorem incurrere, cuius absolutio sedi Apostolicæ est reseruata.

Cap. XI.

C. ita quorũdã. c. quod olim. c. ad liberandũ de Iudæis.

MVlti vana curiositate decepti, multa inutilia, & superstitiosa perpetrant in Dei offensam, & animarum periculum. Ideo Archipresbyteri, & Confessarij, diligenter examinent pœnitentes, (maximè fœminas) circa innumerabiles diabolicas superstitiones, quas impiè perpetrant, & grauissimè reprehendant, imponentes pœnitentias salutares, cum verò de ijs nobis iuridicè constiterit, rigorosè puniemus.

Cap. XII.

SOlent inter alia superstitiosa, & sacrilega nonnulli sanctum Oleum, vel Chrisma, rebus profanis immisceri, pro consequenda sanitate. Clericus verò, qui in hoc culpabilis reperietur, suspendatur ab ordinibus per tres menses, & per eosdem carceribus astringatur. Laici verò, qui in hoc deliquerint, arbitriariè puniantur.

De Blasphemijs.

Cap. I.

Bulla 6. Pij V.



VANTVM diuinam maiestatem offendant iniquorum hominum blasphemiæ dubium non est. Ideo qui tales audierit, zelo honoris Dei illos corrigat, & reprehendat.

Cap. II.

BLasphemantes Deum, vel Virginem Mariam, vel Sanctos publicè, denuntientur, vt debitè puniantur secundùm qualitatem blasphemiæ.

Cap. III.

COnfessarius in foro conscientiæ grauem pœnitentiam imponat, & acriter reprehendat considerans malam consuetudinem blasphemantis.

Cap. IIII.

C. 1. de maledi. Leo.X.in Conc.Later.sessio. 9.tit. de refor.

SI blasphemans laicus: fuerit pro prima, & secunda vice, pecunia mulctetur, pro tertia, si peccatum fuerit publicum, pœnitentiam publicam agat. Si verò occultè peccauerit, mitior pœnitentia imponatur in foro cõscientię.

Cap. V.

QVi verò blasphemiam hæreticalem dixerit, grauius est puniendus, consideratis circumstantijs.

Cap. VI.

QVi diabolum sanctum fecerit duobus diebus carceretur pro prima vice, & crescente culpa crescat pœna.

Cap. VII.

Bulla.

SI Clericus fuerit blasphemus grauius puniatur secundum qualitatem, & scandalum, & blasphemantis statũ. Secũdũ iura Canonica, præcipuè, Bullã Leonis X. & Pij V.

Cap. VIII.

Sessio. 9. tit.de refor.curiç.

MAgistratus, & Iudices,& Gubernatores omnes in domino obsecramus,vt pro gloria Dei velint pœnas cõtra blasphemantes exequi, & vltra quod a Deo mercedem recipient, sciant se, & delatores indulgentiam decem annorum consequi à Leone X. concessam.

De Simonia.

Cap. I.

C. quis studet 1. q. 1. & c. sanctum. 7. q. 1. Bulla 6. Pij V.



SPIRITVALIA, vel spiritualibus annexa, velle vendere, vel emere, vel aliquid temporale recipere, vel donare, Simonia est, ac grauissimũ peccatum, quod iura omnia prohibent pœnis grauissimis, ideo omnes monemus, vt fugiant tale crimen committere, si pœnas cupiunt euadere.

Nonnulli

Cap. II.

NOnnulli per ignorantiam, Cappellas, & ius patronatus credunt vendi posse, & æstimatas in dotē dari, quod Simoniacum est, & contrafacientes grauiter punientur.

C. quanto de iudicijs. & c. de iurepatro.

Cap. III.

CAueant omnes summopere, ne in renuntiatione, vel permutatione beneficiorum, pactum aliquod tacitè, vel expresse apponant, vel promissionem, aliàs incident Simoniacam prauitatem, & pœnas à iure impositas.

Cap. IIII.

PRo exorcizandis fidelibus, spiritum immundum habentibus, aliquid, etiam prætextu eleemosynæ exigere, Simoniacum iudicamus, & qui in hoc deliquisse conuincetur, per sex menses à diuinis suspendatur, & in perpetuum abhoc ministerio excludatur.

De Vsuris.

Cap. I.

CVm vsura omni iure sit prohibita, & quidquid per eam acquiritur restitutioni obnoxium sit, quàm sub pœnis à iure impositis, etiam prohibemus contra eam exercentes.

C. quia in omnibus de vsuris.

Cap. II.

NOtarij, qui scienter contractus vsurarios faciunt, peccant grauissimè, & ipsi, & mediatores ad restitionem tenentur.

Cap. III.

TEneantur Notarij iuramentum à partibus recipere quando contractus fiunt, quod vera sunt, quæ in eis cōtinentur, & quod nihil fictū, vel fraudulentum continetur.

C. 125. Reg. Fer. Siciliæ.

Cap. IIII.

VSurarum cognitio ad Ecclesiam pertinet, ideo quando in iudicio seculari, exceptio vsurarum opponit,

antequam inhibitio fiat Iudici seculari, declaretur quæ sit sors principalis debiti, & quanta sit vsura, quæ prætenditur, & tunc debitum principale remittatur ad Iudicem secularem litigantium, nec impediatur executio, & solùm super vsura prætensa fiet cognitio in nostra audientia, & fiat inhibitio Iudici seculari, nec procedat in causa, seu quantitate vsuræ, donec causa sit decisa, an sit vsurarius contractus, vel non, & oportebit considerare si est appositum iuramentum in contractu, & qualiter.

C. debitores de vsuris.

Cap. V.

MAnifesti vsurarij, si moniti non satisfecerint, à communione Eucharistiæ excludātur, & morientes impœnitentes careant Ecclesiastica sepultura: & sui Hæredes vsuras restituere compellantur, de bonis hæreditarijs ad eos peruenientibus.

C. quia in omnibus de vsuris.

C. in literis de rapt.

Cap. VI.

NEgotiantiū ostinata auaritia postulat nonnullos contractus illicitos in nostra Diœcesi frequentius currentes declarare, adhoc, ne quis per ignorantiam decipiatur, & vt confessarij in examinatione cōscientiarum sciant quid facere oporteat, ideo nonnullos casus hìc adiungimus, reliquos in Edicto visitationis, quilibet videre poterit.

Cap. VII.

IN primis emere vilius pretio currenti die consignationis, ob solam rationem anticipatæ solutionis, & crediti pretij, illicitum esse, & ad restitutionem teneri, & vendere carius iusto pretio ob dilatam solutionem, est illicitum.

Cap. VIII.

EMere vitulos, vel aliquid simile pretio, quo valent statim, quod nascuntur, eo pacto, vt consignentur tempore ablactationis, & quod medio tempore sint periculo venditoris, est illicitum.

Cap. IX.

QVando colonis datur terra ad seminandum, quæ tantum

tum tres salmas valet pro salmata terragij, secundùm communem valorem, & dominus terræ commodat agricolis frumentũ, vel boues, vel pecuniam, vel aliquid simile, vt hac occasione, plures salmas terragij soluat, illicitũ iudicam.

De Concubinarijs.

Cap. I.

PVblici Concubinarij ter moneantur, vt à peccato exeant, & si se non emendauerint, excommunicentur, donec pœniteant, & si visum fuerit, melius expedire fiat pœnalis iniunctio pecuniaria, vel corporalis, quia nonnulli adeo sunt terreni, vt plus sentiant pœnas corporis, quàm animæ, & pauperes viles exulent, præstita fideiussione de non reuertendo.

Cõc. Tri. sessio. 24. c. 8. de refor.

Cap. II.

SI dicti Concubinarij publici admoniti, non se correxerint, poterunt à communione sancta repelli.

Cap. III.

SEductores fœminarum honestarum, qui solent communiter lenones appellari, si conuicti, vel confessi fuerint, ignominiosè & publicè fustigẽtur, & arbitrariè exulẽt.

Cap. IIII.

QVi etiam fœminam aliquam ad prostibulum habuerit, turpi lucri causa, in domo propria, vel alterius, publicè frustetur, extra Diœcesim expellatur.

De sententia excommunicationis.

Cap. I.

QVia nulla pœna maior in Dei Ecclesia reperitur, quàm excommunicatio, per quam inobediens traditur potestati Satanæ, & desinit esse membrum Christi. Ideo oportet vt Archipresbyteri, & Prædicatores instruant,

C. corripiantur. 24. q. 3. C. 1. & c. nemo & c. omnis Christia-

nus 11. q. 3 c. graue, & c. nouerit de sent. excomm. Côc. Tri. sessio. 25. de refor. cap. 3. C. 1. de sententia excô. lib. 6. Côc. Tri. sessio. 25. cap. 23. C. 11. q. 3. ext. ad euitâda. Clem. grauis de sententia excô. ad finem.

instruant, & doceant populum grauitatem excommunicationis, vt discant Deo, & Ecclesiæ prælatis obedire.

Cap. II.

EXcommunicationis sententia numquam debet, nisi pro grauissimis causis cum magna consideratione, & causæ cognitione proferri per nos vel Vicarium nostrum generalem, vel alium de ordine nostro.

Cap. III.

PRo rebus perditis, vel furatis, quando delinquens ignoratur, non detur excommunicatio, si res valorem duarū vnciarum excedat, nisi ex iusta causa aliud ratio suadeat.

Cap. IIII.

EXcommunicati publicè, & nominatim denunciati ab omnibus euitentur, & si tales Ecclesiam intrauerint expellantur, & à diuinis cessent, donec exeant, quod si ter moniti noluerint, exire incidant pœnam sacrilegii (scilicet) duarum vnciarum, vltra nouam excommunicationem, quam incurrunt, ipsi, & eorum fautores, cuius absolutio reseruatur sedi Apostolicæ.

Cap. V.

QVando propter literas nostras generales pro rebus deperditis, vel furtiuis, aliqui fuerint excommunicati, concedimus Archipresbyteris facultatem eos absoluendi, facta prius parti læsæ satisfactione.

Cap. VI.

NOnnulli Vicarij Foranei solent in literis nostris excommunicationis apponere verbum, exequantur, & propter hoc à parte recipiunt vnum tarenum, quod omnino fieri prohibemus, sed, visis literis nostris, gratis exequantur per eos, ad quos diriguntur.

Cap. VII.

ARchipresbyter, vel Capellanus, vel Sacrista, qui consueuit legere literas excommunicationis, siue nostras, vel sanctæ sedis Apostolicæ, cum solitis cæremonijs in

eisdem contentis, recipiant vnum tarenum, & non amplius, sub pœna quadrupli, applicanda fabricæ Ecclesiæ. si verò nihil consueuit solui, nihil soluatur.

Cap. VIII.

QVando contigerit aliquem in excommunicatione curiæ nostræ perseuerare, vel à petitione partis, vel ex officio Iudicis, concedimus facultatem Vicarijs nostris Foraneis, vt possint absoluere illos à reincidentia à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis, vt interim possint confiteri sacramentaliter peccata sua, & communicare, & ostendant de hoc fidem Archipresbyteris, vt sciant illos posse absoluere: elapso verò termino, reincidūt excommunicationem in qua erant. *C. eos qui de sen. excom. li. 6.*

Cap. IX.

INsordescentes in excommunicatione per annum, post factam declarationem nominatim, grauissimè puniantur, tamquam suspecti, & malè sentientes de Ecclesiastica potestate. *Cōc. Tri. sessio. 25. c. 3. de re fo. ad fin.*

Cap. X.

PRohibent sacri Canones communicationem, cum excommunicatis, vt tædio, & rubore affecti, videntes se inter homines esse, & hominum carere consortio, resipiscant, & pœniteant, aliâs verò communicantes, excommunicationem incidunt minorem, & crescente in hoc inobedientia, mucrone maioris excommunicationis feriantur. *C. præcipuè cum multis sequen. 11. q. 3.*

Cap. XI.

MOnitiones canonicæ, quæ excommunicationem præcedere habeant, & prolatio sententiæ excommunicationis in Ecclesijs fiant, vbi maior populi concursus reperitur, vt omnibus inotescant. Si pro rebus deperditis, vel furatis fiant: postea verò poterunt fieri in plateis, vel locis Ciuitatis, vel Terræ, prout pars voluerit. *C. sacro de sen. ex com. c. 1. de sen. ex com. li. 6.*

Cap. XII.

QVando absolutio excommunicationis fieri debeat, fiat *Sessio 25 c. 3. de re for.*

fiat cum debitis, & conſuetis cæremoniis. prout Eccleſia obſeruat admonentes tales grauitatem excommunicationis, & animæ vinculum, vt diſcant obedire Eccleſiæ mandatis.

Cap. XIII.

QVando publicatur excommunicatio integrè monitio fiat, & legatur prout continetur in ſcriptis prima, & ſecunda, & tertia, vt omnes intelligant, quid in excommunicatione continetur.

C. non dubiũ c. quãuis de ſen ten. excõ. abſolutio ab excõ. Naua. c. 26. num. 29.

Cap. XIIII.

QVilibet Sacerdos non præciſus ab Eccleſia abſoluere poteſt quemlibet excommunicatum in articulo mortis à quocumque peccato etiam reſeruato, & à quacumque excommunicatione ſi deficit ſuperior, cui hoc competit.

C. eos de ſen. excõ. lib. 6. C. cũ deſideres. c. de cætera, & c. ex tenore de ſen. ex comm.

Cap. XV.

TAlis verò abſolutus tenetur quamprimum potuerit ſe præſentare ſuperiori, à quo de iure abſoluendus erat, non pro abſolutione, cum iam ſit abſolutus, ſed vt obediat ſuperiori, & pœnitentiam recipiat, & ſatisfaciat, aliâs reincidit in excommunicationem primam.

Qui ſic abſolui debet in præciſa neceſſitate præſtare habet iuramentum de parendo mandato Eccleſiæ, & ſatisfaciendo, in quantum poteſt.

Silueſt. ver abſolutio 3. nu. 3.

Qui autem ob iniectionem manuũ violentarum in Clericum, in dicto caſu abſoluendus eſt, debet etiam promittere ſimilia, iterum non committere.

Naua. c. 26. nu. 8. C. de cætero de ſen. excom. C. eos de ſen. excõ. lib. 6.

Cap. XVI.

QVi verò ob manuũ iniectionem in Clericum excommunicationem inciderit, & ob aliquas vrgentes cauſas, ſcilicet inimicitiæ, vel aliquod impedimentum præciſum adire non poſſit ſummum Pontificem, poterit Epiſcopus illũ abſoluere præſtito iuramento de parendo mãdatis ſuperioris, & de adeundo cum primum potuerit, aliâs reincidit excommunicationem.

Si

Cap. XVII.

SI excommunicatus mortis tempore signa contritionis ostenderit, nec tunc reperiatur, qui illũ possit absoluere, sepelliri non potest in ecclesiastica sepultura, donec absoluatur secundùm ordinem Ecclesiæ ab eo, qui de iure potest, si in ecclesiastica sepultura reperiatur non erit extumulandus, sed sepulchrum flagellabitur. Si verò in loco profano extumulabitur, & in eo fiet flagellatio.

C. à nobis de sen excom. in 2. Siluest. ver. absolutio. 3. nu. 15. Naua. c. 26. num. 32.

Cap. XVIII.

MOrtuus verò excommunicatus, vel qui confessus non fuerit per totum annum, vel notorium peccatorem, qui sine signis pœnitentiæ, & contritionis decessit a vita absolui nequit ab excommunicatione, nec sepeliri in ecclesiastica sepultura.

C. quibus 13. q. 2. C. animis de pœnit. & remiss. Naua. c. 26. num. 33.

Cap. XIX.

EXcommunicatus a pluribus Iudicibus ab omnibus illis, vel de eorum licentia debet absolui, aliàs non est ei communicandum, nec sepelliendus in ecclesiastica sepultura.

Siluest. verb. absolutio 3. nu. 11. cũ seq et Naua. nu. 8. vbi sup. not. in c. officij de sen. excõ.

Cap. XX.

QVando per excommunicationẽ præcipitur reuelare eum, qui furtum commisit, qui scit, tunc tenetur reuelare, quando potest probare; aliàs non: & debet cum eo seruare ordinem correctionis euangelicæ.

Cap. XXI.

PRæterea volumus omnes sacerdotes nostræ Diœcesis in absolutione ab excommunicationis vinculo, sequentem formam, quam communiter seruat Ecclesia, nisi aliter per sanctā sedem apostolicam, vel eius delegatos aliter ordinetur. Et aduertant, quod si fœmina absolui debet ab excommunicatione, non consueuit, nec decet humeros nudare.

Naua. c. 17. num. 134. Naua. c. 26. nu. 9.

Forma abſolutionis a ſententia excommunicationis.

Naua. c. 26. nu. 8.

PRæſtito iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ in forma conſueta ab excommunicato, ipſe humiliter genua flectat ante ſacerdotem, qui recitet pſalmum Miſerere mei Deus, &c. nudatis humeris, leuiter virga, vel flagello cædat pœnitentis vtrumque humerum, & ſtans ſacerdos dicat: Kyrieleiſon, Chriſteleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; ſuſcipe deprecationem meam, vel noſtram, vt hunc famulum tuum. N. quem excommunicationis catena conſtringit miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Forma abſolutionis.

AVthoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum eius, Petri & Pauli, & N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis.

cationis, in quam incurristi, propter iniectionem manuum in Clericum (vel ob talem causam) & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

De pœnis.

Cap. I.

QVIA regulariter pœnis hominis cohibetur audacia à delictis perpetrandis, & ideo necesse fuit in hac nostra Synodo in multis casibus pœnas apponere, nec tamen intentionis nostræ fuit alias, quas iura canonica infligunt tollere; quinimo omnes volumus contra transgressores exequi.

Cap. II.

ET quia parum esset constitutiones has ordinasse, nisi etiam essent ministri, & delatores, seu denunciatores, & officiales, qui contrauentores, & delinquentes accusarent, & peccantes in iudicio legitimis testibus conuincerent; ideo iustum iudicamus eorum labores non dimittere sine præmio, dimittendo eis quintam partem pœnarum, & contrauentionum, nostro tamen arbitrio moderandarum.

Cap. III.

RElinquimus etiam quartam partem pœnarum Promotori nostro fiscali, & Ærario in tali negotio laboranti, & Magistro notario, reliquas verò partes locis pijs, & personis egentibus nostro arbitrio diuidendas applicamus succedente casu, prout nobis melius visum erit.

Cap. IIII.

SI verò nobis post impositam pœnam constiterit partem pauperem esse, libenter commutabimus pœnam in aliam salutarem.

Cap. V.

ET quia Vicarij foranei laborant in casibus succedentibus, iustum est vt pars, quæ ministris foraneis laborantibus conceditur, diuidatur arbitrio nostro.

Cap. VI.

DE pœnis pecuniarijs impositis delinquentibus, vel de contrauentionibus nihil acquiratur cameræ nostræ, sed omnia diuidantur inter loca pia, & pauperes, prout melius videbitur.

De obseruatione harum Constitutionum, & quando incipiant ligare, & de interpretatione dubiorum.

Cap. I.

INVTILIS esset labor noster, si in obseruatione harum Constitutionum daretur negligentia; quapropter omnes nostræ pastorali curæ commissos hortamur, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus eas custodire inuiolabiliter, cum pro salute animarum elaborauerimus easdem edere, aliter enim exequemur cum rigore pœnas tàm à iure impositas, quam per has nostras Constitutiones.

Cap. II.

VT autem nemo, eorum, quæ in hac Synodo decreta sunt, ignorantiā allegare possit, præfiximus duos menses a die publicationis, & affixionis ad valuas nostræ Ecclesiæ cathedralis.

Cap. III.

SI autem aliquod dubium in his nostris Constitutioni bus occurrerit, ad nos deferatur, vt mentem nostrā explicare valeamus secundū sacrorum Canonū intelligentiā: vel si, necesse fuerit, sanctā sedem Apostolicā consulemus.

De.

De protestatione, & gratiarum actione.

Cap. I.

CVm verò in statuendis Constitutionibus his in hac nostra Diœcesana Synodo, hic nostri animi finis, & scopus præcipuè fuerit, Ecclesiæ catholicæ ordinationibus obtemperare, munus nostrum explentes ad Dei gloriam, & animarum salutem, quod (quantum Deo auxiliante imbecillitas nostra potuit) fecimus. At verò cum propriæ prudentiæ inniti (teste Salomone) non oporteat, quidquid in hac præsenti Synodo statuimus, & decreuimus, totum sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ correctioni humiliter submittimus.

Salo. prouerb. c. c. ne nouitatis de const.

Cap. II.

POstquam (Dei gratia suffulti, ad desideratum finem huius nostræ Synodi peruenimus, & coràm omnibus alta, & intelligibili voce, quæ decreta fuerant, recitari fecimus, ac omnes præsentes interrogati, si eis placerent, responderunt vnanimiter, per verbū, placent. Nihil aliud superest, nisi vt omnes se subscribāt, & ei gratias agamus, a quo cūcta nobis bona proueniunt, canentes: Te Deū laudamus.

Cui laus, honor, & gloria, & imperium per infinita seculorum secula.
AMEN.

NOMINA

NOMINA EORVM,

QVI PRÆSENTES FVERVNT IN HAC SYNODO,

Et debito ordine se subscripserunt.

DOCTOR Alphonsus Diaz Canonicus Vicarius generalis.

D. Vincentius Manella Cantor. V. I. D.

D. Iosephus Gratianus Archidiaconus.

D. Decanus.

D. Michael de Rosa Canonicus.

D. Paulus Capra Canonicus.

D. Canonicus.

D. Manfredus Cremonæ Canonicus.

D. Antonius Trayna Canonicus.

D. Canonicus.

D. Aloysius Vgolinus Canonicus.

D. Georgius Martius Canonicus.

D. Canonicus.

D. Franciscus Gauarreta Canonicus.

D. Antonius Manuel Canonicus.

D. Franciscus de Stabili Canonicus.

D. Canonicus.

D. Hieronymus Columbus Canonicus.

D. Antonius de Bruno Canonicus.

D. Petrus Ferrerius Canonicus.

D. Abbas Sanctæ Mariæ li Summari.

D. Prior Abitæ.

D. Io. Antonius la Lamia Archipresbyter Ciuitatis Marsaliæ.

D. Vitus Lasicara procurator reuerendi D. Ioannis Olanda

da Archipresbyter Ciuitatis Drepani.

D. Antoninus Sacco Archipresbyter ciuitatis Montis ſancti Iuliani.

D. Aloyſius Vgolinus Archipresbyter terræ Alcami.

D. Iac. Cannaua Archipresbyter terræ Calatafimi.

D. Annibal de Nuccio Archipresbyter ciuitatis Salem.

D. Antoninus Manuelius Archipresbyter ciuitatis Caſtri Veterani.

D. Oratius Griſeus Archipresbyter terræ Partannæ.

D. Archipresbyter terræ Gibellinæ.

D. Lucianus de Hippolyto Archipresbyter terræ Salæ Parutarum.

D. Antonius de Aparo Archipresbyter terræ Carini.

D. Vincentius de Ritio Archipresbyter terræ Caſtri ad mare de gulfo.

D. Proſperus de Chiaza Archipresbyter S. Laurentij Xittę.

D. Lucas Lombardo Archipresbyter terræ Salæ Partinici.

D. Archipresbyter terræ Capaci.

D. Ioannes Maiorana Cappellanus Cathedralis Mazarienſis Eccleſiæ.

D. Ioſeph galletta Cappellanus Cathedralis Maz. Eccl.

D. Franciſcus de Mayo Parochus Eccleſiæ S. Matthæi ciuitatis Marſaliæ.

D. Nic. Mallus Cappellanus Eccleſiæ Parrochialis S. Nicolai ciuitatis Drepani.

D. Antonius Charadonna Cappellanus Eccleſiæ Parrochialis S. Laurentij ciuitatis Drepani.

D. Vitus la Ficarra Cappellanus Eccleſiæ Parrochialis S. Petri ciuitatis Drepani.

D. Antonius Guicciardo Cappellanus eiuſdem Eccleſiæ Parrochialis S. Laurentij dictæ ciuitatis Drepani.

D. Antonius Gręco Cappellanus eiuſdem Eccleſiæ Parrochialis S. Nicolai dictæ ciuitatis Drepani.

D. Capp. maioris Ecc. C. Montis S. Iuliani.

D. Ioan-

D. Ioannes de Ancona Cappellanus maioris Eccleſiæ ciuitatis Montis S. Iuliani

D. Io. Antonius Gerbaſius Cappellanus Eccleſiæ Parrochialis S. Cataldi C. Montis S. Iuliani.

D. Iacobus Donatus Cappellanus Eccleſiæ Parrocchialis S. Iuliani eiuſdem ciuitatis.

D. Vincentius Candela Cappellanus Parrochialis Eccleſiæ S. Antonij eiuſdem ciuitatis.

D. Vincentius Baruni Cappellanus maioris Eccleſiæ ciuitatis Salem.

D. Paſqualis la Fauara Cappellanus eiuſdem maioris Eccleſiæ ciuitatis Salem.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM
HARVM CONSTITVTIONVM SYNODALIVM.

A

ABatissæ electio. 122
Abatissæ vigilãtia 112
Absolutionis Sacramẽtalis Forma. 43
Absolutionis Forma à sententia excommunicationis. 178
Absolutio quibus deneganda. 37
Aerariorum officium. 158
Anatomiam è fidelium corporibus fieri prohibetur. 95
Apostatæ carcerandi. 156
Archipresbyteri officium. 149
Archiuium adseruandum. 140
Arma prohibentur clericis. Vide clericus.
Articuli Fidei. 11

B

BAptismi necessitas, & modus eum ministrandi. 22
Baptizare quis debeat tempore necessitatis. 23
Baptizandus quomodo infans nondum natus. 25
Beatitudines quæ sint. 19
Beneficiati qualiter eligendi. 153
Beneficiatorum residentia 152
Blasphemia qualiter punienda. 169
Bona Ecclesiæ non alienanda. 98
Bona Ecclesiarum, & piorum locorum conseruanda. 99
Brauia ex eleemosynis, seu bonis Ecclesiæ non celebranda. 108
Bullæ Cruciatæ facultas benè à confessarijs intelligenda. 41
Bullæ Cruciatæ Indulgentiæ. 41

C

CAEremoniarum magister. 91
Cæremonijs quibus vtendum in choro. 138
Canonici vnde dicantur. 135
Carceres cappellam habeant. 132
Carnes quando non vendendæ. 146
Campana in Missa pulsanda. 32
Cãpana quater in die pulsanda. 126
Capitulum quando, & quomodo congregari debeat. 140
Catechumeni quando baptizandi. 24
Casus conscientiæ legendi, & conferendi. 160
Casus reseruati. 42
Charitas quid sit. 16
Charitas quid operetur. 16
Celerariæ officium. 114
Clericorum vita, in gestu, & habitu. 71
Clerici concubinarij qualiter puniantur. 75
Clerici à potestate seculari exempti. 95

AA Clerici

Clericorum vitia corrigenda. 65
Clerici coniugati quando priuilegio gaudeant. 98
Cognatio spiritualis in Sacramento Baptismi, & Confirmationis quousque extenditur. 26. & 27
Communia omnia in monasterijs. 113.
Concubinarij pœnæ. 173
Compatres non possunt esse religiosi in Baptismo. 26
Concessiones ad emphyteusin abstinendum. 101. 107
Confessio Sacramentalis, vide Pœnitentia.
Confessiones non audiantur sine licentia. 35. & 156
Confessoris prudentia, & vigilantia. 36
Confessores quando eligendi, & approbandi. 38.
Confessarij eleemosynas non petant 37
Confessoris doctrina. 40
Confiteri nolentes in Pascha excommunicentur. 24
Confirmationis sacramentum quando, & quomodo suscipiendum. 27
Confraternitates qualiter instituendæ, & gubernandæ. 104
Confraternitas qualibet aliquod pium opus exercendũ eligant. 108
Confugientes ad Ecclesiam defendendi. 97
Constitutiones hæ legendæ, & obseruandæ. 151. 156
Constitutiones Synodales inuiolabiliter obseruandæ. 180
Contractus vsurarij qui sint. 172
Corporalia quomodo, & quando lauanda. 92. 132
Crux, & imagines sacræ vbi non pingendæ. 142
Curam animarum habentium officium. 149

D

Disciplinantes se publicè prohibendi. 156
Doctrina Christiana quando publicè docenda à Curatis. 65
Dos Monialibus assignanda, & quomodo. 121

E

Ecclesia Parochialis quomodo exornanda, & quæ sint in ea necessaria. 23. 28
Ecclesia sine licentia de nouo non fundetur. 89
Ecclesiæ quomodo seruiendum. 92
Ecclesia veneranda, & quid in ea fieri prohibetur. 91. 129
Ecclesiæ ruinam minantes reficiendæ. 94
Edictum Visitationis, & quando legendum. 63. 157
Eleemosyna non petenda sine facultate Episcopi. 87
Eleemosyna non extorquenda. 109.
Eucharistiæ sanctissimum Sacramentum quomodo adseruandum. 28.
Eucharistia ad infirmos portanda. 28
Eucharistia condemnatis a iustitia

tia non impedienda. 31
Examinatores dandi pro examinandis prætendentibus aliquod beneficium. 59
Excommunicationis vis. 173
Excommunicatio non, nisi in grauissimis causis, fulminanda. 174
Excommunicati pœna. 175
Exponentes infantes ad restituendas expensas teneri. 26
Expositi infantes quomodo baptizandi. 26
Extrema vnctio, & eius ministrandi doctrina. 45

F

Festi dies venerandi. 142.155
Festi dies totius anni qui sint. 142.
Fides quid sit. 10
Fides Catholica. 7
Fidei professio. 8
Fiscalis officium. 157
Fœminas suspectas domi non habeãt Clerici. 65
Forma absolutionis sacramentalis. 43.
Forma absolutionis ab interdicto. 44
Forma absolutionis à suspensione. 44.
Forma dispensandi super irregularitate. 44
Forma absolutionis a sententia excommunicationis. 178
Fructus Spiritus sancti. 19

G

Gabellæ Clericis non imponẽdę, nec ab eisdẽ soluendæ. 95.13

H

Hæretica prauitas sine mora denuncianda. 167
Heremita qualiter permittendus. 87
Horæ Canonicæ dicendæ, & quomodo. 125
Hospitalia quomodo gubernanda, & conseruanda. 102
Hospitalia a Vicario visitanda. 155

I

Ieiunare quando quis tenetur. 146.
Ieiunia Ecclesiæ quæ sint, & quomodo obseruanda. 145
Imagines sacræ qualiter pingendæ, & ornandæ. 131
Immunitas Ecclesiæ conseruanda. 94.
Infideles a sacrificio Missæ excludantur. 168
Infidelium commercio penitus abstinendum. 168
Infirmi visitandi a Curatis. 38
Infirmus quando non absoluendus. 42.
Iura Curiæ Episcopalis. 164

L

Legata pia soluenda. 80
Lenocinij pœna. 173
Libri suspectæ doctrinæ prohibiti. 159.167.
Librorum lectio ad casus conscientię, & Doctrinam sacramentorum comparandam. 151
Ludimagistri officium. 159

Ludimagistrorum diligentia, & probitas. 62
Ludimagistri docere non possunt sine licentia Episcopi. 63
Ludus prohibitus Clericis. 72

M

Magister in vna quaque Parochia constituendus. 159
Magister Musicæ. 153
Magistra nouitiarum. 117
Matrimonij doctrina, & modus illud celebrandi. 47
Matrimonium impeditur cognatione spirituali. 27
Matrimonium clandestinum nullum. 47
Matutinum quando celebrandũ. 90
Medici exhortentur ægrotos ad confessionem. 38
Mendicare in Ecclesia non permittatur. 129
Mercatura Clericis prohibetur. 73
Ministri Ecclesiasticæ curiæ à seculari potestate exempti. 95
Miracula noua quomodo publicanda. 141
Missam celebrare quando tenentur sacerdotes. 128
Missa vna non satisfit pluribus stipendiantibus. 133
Missa quando in Parochia, & quomodo dicenda. 90.126
Missa non celebretur sine examine, & licentia. 91.156
Missa Sicca (vt dicitur) prohibetur in nuptijs. 48
Missarum cæremoniæ attendendæ. 63.132
Monachi in compatres confirmandis non admittendi. 27
Monasteriorum clausura. 112
Monialium obseruantia. 111
Moniales admittantur cum consilio, & consideratione. 117
Morientes exhortãdi à Curatis. 153
Mortui quomodo sepeliendi. 82

N

Necessaria ad salutem tria. 9
nomina baptizandis imponenda. 25
Noctu prædicari prohibetur. 93
Notarij officium. 158
Notarius, qui facit contractus vsurarios. 171
Nundinæ in locis sacris fieri prohibentur. 91
Nuptiales benedictiones. 49
Nuptiales benedictiones quãdo prohibentur. 50

O

Obstetrices sine examinatione, & licentia baptizare non permittantur. 24
Officiales Monialium. 119
Oleum sacrum conseruandum, & à Cathedrali Ecclesia petendũ. 25
Opera misericordiæ. 17
Oratio Dominica. 13
Oratio Angelica. Ibidem.
Oratio Salue Regina. Ibidem.
Oratio ante principium noctis. 14
Ordinis sacramentum, a quibus, & quomodo suscipiendum. 52
Ordo quis in sessionibus Diœcesanæ Synodi seruandus. 57

Orphanæ qua imbuxulandæ. 109

P

Patrini baptizatum Christianã doctrinam docere tenentur. 26
Patrinus vnus, & vna matrina tantùm baptizatis admittendi. 26
Patrinus vnus tantùm sufficit, vel vna matrina ad tenendum confirmatum. 27
Peccata mortalia. 20
Peccatum mortale quid sit, & vnde dicatur. ibidem.
Peccatum mortale quomodo dimittitur. ibidem.
Peccatum veniale quid sit. ibidem.
Peccatum veniale quomodo dimittitur. ibidem.
Peccata occulta non reuelanda. 157
Pernoctore in Ecclesia non licet. 91. 130.
Pœnitentiæ Sacramenti doctrina. 33
Pœna transgredientium Constitutiones Synodales cui applicanda. 179
Pœnæ quare transgressoribus infliguntur. ibidem.
Præcepta Dei. 17
Præcepta Ecclesiæ. ibidem.
Prædicatoris officium. 160. 168
Prædicatores eligendi. 160
Prædicare sine licentia nulli liceat. 156
Primitiæ, & decimæ soluendæ. 78
Potentiæ animæ. 20
Processiones quando, & quomodo faciendæ, & quid in eis obseruandum. 14
Processio corporis Christi. 32
Procuratoris confraternitatum diligentia. 109

Q

Quicquid acquirit monacha, acquirit Monasterio. 121

R

Reliquiæ sanctorum veneranda. 141
Rumor in Ecclesia vitandus. 91

S

Sacerdotes quando celebrare tenentur. 128
Sacramenta Ecclesiæ. 21
Sacramentorum admirabilis vtilitas. 22
Sacristæ officium. 161
Scholæ in Ecclesiis non permittantur. 160
Seminarium constituendum. 102
Sensus corporales. 19
Sensus interiores hominis. 19
Sepulcrum Domini in hebdomada sancta. 31
Scopettæ, seu instrumenta ignita longè sint ab Ecclesia, eiusque cœmeterio. 131
Sepultura. Vide mortui.
Sepultura Ecclesiastica priuãdi. 177
Serui, etiam inuitis dominis, matrimonium contrahere possunt. 51
Silẽtium obseruandũ in Diuinis. 128
Simonia quid sit. 170
Simoniaci qualiter puniantur. 171
Spes quid sit. 12
Spes quantùm valeat. 12
Spiritus sancti dona. 18

Sponsi non commisceantur ante matrimonium. 49
Sulphurea instrumenta in Ecclesiis vitanda. 127
Superstitiones in Missa fugiēda. 152
Symbolum fidei. 8. 10
Synodus Diœcesana quomodo celebranda. 55
Synodalēs testes, & quid facere teneantur. 57
Synodo Mazariensi quinam interfuerunt. 182
Synodum Diœcesanam congregandi necessitas. 4

T

Tabernam non ingrediantur Clerici. Vide Clericus.
Tertiariæ mulieres. 40
Testamenta. 79
Testamenta non impedienda. 79
Testatorum voluntas libera. ibidem.
Tonsura Clericorum. 71

V

Venationes Clericis prohibitæ. 73
Vendentes ab Ecclesiarum portis eliminandi. 97
Vendere, & emere in die festo non licet. 144
Verbum Dei publicè diebus festis publicandum. 150
Vestimēta, & habitus Clericorū. 71
Vicarij Generalis officium. 148
Vicarij Foranei officium. 154
Vicarius obseruet Clericorum vitam. 155
Vicarius attendat, an hæ Constitutiones obseruentur. 155
Virtutes Theologicæ. 18
Virtutes Cardinales. ibidem.
Virtutes contra peccata mortalia. 20.
Visitanda Diœcesis, & quomodo. 60
Vsura castiganda, & à quo. 171

Finis Indicis.

Errores, qui, dum cuderetur opus, irrepserunt, sic emendato. Cæteri, si qui sunt, tu ipse, prudens lector, facilè poteris.

Folio 28. grauirer, lege grauiter. 40 dicta bulla, dictæ bullæ. 46. infitmos, infirmos. 49. impedienti, impedienie. 50. prohibionis, prohibitionis. 62. iegant, legant. 85. moratur, moriatur, 86. & vbicunq; ita inueneris Cimiterio, lege Cœmeterio. 91. consilia, concilia. Ibidē feriæ, Feræ, 94. constructè, constructæ. 106. expendendm, expendendum. 106. propter, propter. 107. hiis, his. 112. ciiurgicus, chirurgicus. 118. Procuratoris, Procuratori. 119. interioris, interiori. 120. intioeuntibus, introeuntibus. 123. Si quæ, Si cui. 133. velin, velint. 146. del, uel. 158. notarij, notarios. 160. oratianem, orationem.